







1673.

Lueneckerus, Nicolaus Christophorus : De praecedentibus  
marium juridica proe foeminais.

1674.

Syller, Nicolaus : De singulari matrum jure

1675.

1. Mylius, Johann Jonas : De recusatione judicis  
suspecti

2. Strachius, Johannes : De rapina

3. Thilen, Nicol. : De pactis.

1676.

1. Dale, Zacharius : De subscriptionibus principi-  
pium.

2. Meun, Sebastian Wenemarus : De emptytensi

3. Thilenus, Nicol. : De creatione bonorum

1677

1. Halloril, Johann Casparus : De privilegiato presentem  
testamento inter liberos.



1677.

2. Leisler, Johannes Philippus: De reservatis Imperatoris  
Romani. Germanici semper Augusti.

3. Schroeter, Johann Wilhelm: De usu sortium, tum  
licito, tum illicito

1678

1. Boerner, Johannes Georgius: De salario advocatorum

2. Dollé, Franciscus: De individuate pignoris.

3. Halle, Albertus: De praesentationibus recipiendis

4. Hoyer, Henr. Eberhard: Disputatio inang. juris Nov,

qua occasione l. 3 C. si min. si maj. dixer. : minorem

si majorem adserentem et jurantem: - - publico

examinari submittit.

5. Her, 2. Christianus: De gradibus academicis



6<sup>a</sup> 16  
2 Hornacher, Johann: De jure circa funda-  
ratione temporis observando. 2 Sumpt.

7. Vulpis, Fr. Georgius: De jure statutum imperii  
circa legationes.

8. Reinold, Philippus Georgius: De jure coloni partiarum

9. Vegesack, Cornelius Gustavus: De periculo pretii  
ad l. 5 ff. de nautico foenore.

10. Wilhelmi, Johann Casparus: De homicidio



1. ...  
2. ...  
3. ...  
1/6 ...  
1. ...  
2. ...  
3. ...  
4. ...  
5. ...





*Præ. 8. num. 24. #*

DISPUTATIO INAUGURALIS

*De*

RECUSATIONE  
JUDICIS SUSPECTI.

*Quam*

DIVINA FAVENTE GRATIA

EX DECRETO

*Magnifici & Amplissimi*

DOCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS UNIVERSITATE  
GIESSENSI

*Pro*

Summis in Utroque Jure Honoribus & Privilegiis  
DOCTORALIBUS ritè consequendis

*Solemni Examine submittit*

JOHANN-JONAS MYLIUS  
Battenb. Hassus.

Ad D. 11. Febr. A. M. DC. LXXV.



GISSÆ HASSORUM,

Literis FRIDERICI KARGERI, Academ. Typogr. Ordin.



*P. Abb.*

*1645, 1 3*





INSTITUTIONE

DE CURSATIONE  
IUDICIS

DE FAVENTE GRATIA

DE ORDINE  
IUDICII

DE FORTI  
IUDICII

AD





SERENISSIMO & POTENTISSIMO  
PRINCIPI ac DOMINO,

DN. LUDOVICO VI.  
HASSIÆ LANDGRAVIO,  
PRINCIPI HIRSFELDÆ, COMITI IN  
CATIMELIBOCO, DECIA, ZIEGENHAINA, NIDA,  
SCHAUMBURGO, YSENBURGO ET  
BUDINGIA, &c. &c.

PRINCIPI PIO, JUSTO, FELICI,  
SAPIENTI, MAGNANIMO, INCLYTO,  
PATRIÆ PATRI SUMMO OPTIMO,  
DOMINO Meo CLEMENTISSIMO

Vitam longævam,  
Domum fortunatam,  
Regimen tranquillum,  
Populum fidelem,  
Pacem perennantem

*Submississimè vovens*

Disputationem hanc Gradualement debita Pietatis &  
Gratitudinis ergò

*Humilimè consecras*

Autor.






SERENISSIME AC  
POTENTISSIME  
PRINCEPS,  
DOMINE CLEMENTISSIME

**B**onum PRINCEPEM (juxta Magni illius  
Monarchæ Persarum Regis Cyri effatum) à bono  
patre nihil differre, jam pridem in SERENITATE  
VESTRÆ, utpote moderno Patriæ nostræ Patre  
optimo, tanto cum amoris nexu fideles experimur  
Catti, ut exinde in devotam BONITATIS VE-  
STRÆ venerationem rapiamur. Ita videlicet  
cum heroicis ac sapientibus comparatum Principibus Eorumque subdi-  
tis est, ut, sicubi in illis paterna erga suos Bonitas eminet, hi vicissim,  
præreciproco in illos amore, quasi extra se constituti nihil, quod animi  
affectum declaret, intentatum relinquunt. Hoc satis esse poterat auda-  
ci huic Dedicacioni meæ, nisi pia in super beneficiorum in Parentem meum  
(veterr-





(veterrimum SERENITATIS VESTRÆ Ministrum) ejusque familiam CLEMENTISSIME collatorum memoria, ad majorem SERENISSIMI VESTRI Numinis cultum, stimulare.

Id ipsum enim est, cur SERENITATI VESTRÆ nosmet nostraque omnia sacramento quodam devoverimus, egoque aliquem saltem in debita gratitudinis testimonium, devotissimi mei animi conatum (studiorum scilicet meorum primitias hasce) ad SERENITATIS VESTRÆ pedes humilimè deponam, non tanta quidem claritatis, ut Augustum SERENITATIS VESTRÆ conspectum subire mereatur, nisi pro CLEMENTIÆ VESTRÆ fiducia, benignus ei phœbus affulserit.

Admittat igitur, Optime PRINCEPS, SERENITAS VESTRA religiosissimum ipsius cultorem, & serenâ fronte subjectissimi specimen cultûs accipiat!

Augebit id eximia BONITATIS VESTRÆ famam, meque praconem ejus indefessum constituet.

Deus T. O. M. SERENITATEM VESTRAM cum inclyta familia ab omnibus acerbioris fortunæ insultibus potenter protegat, incolumem aeternam sospitet, & sempiternâ felicitate florentem sine fine conservet atque beet!

SERENITATIS VESTRÆ

Devotissimus ac subjectissimus  
Cliens

Johann. Jonas Mylius.





## PRÆLOQUIUM.



Anctæ judiciorum authoritas ne elusoria fiat, valdè Reipublicæ interesse tradit *Julianus in l. 75. ff. de Judic.* Eluderetur autem maximè, si pro facilitate cujusque Judicem, qui basis & fundamentum Judicii in *c. forus 10. x. d. V. S.* dicitur, recusare liceret. Omnino enim seculo hoc non minus litigioso quam malitioso uti *Ventur. de Valent. in Parthen. litigios. libr. 1. c. 1. n. 10.* loquitur, eo litigantium excrevit calumnia, ut inter infinita temporis sumtuumque dispendia, cum causæ suæ diffidere, ac exitum haud exoptabilem timere cœperint, levi prætensa suspicione, sæpe adversarium ad diversa tribunalia, maximo cum Judicis recusati famæ dispendio agitare non vereantur.

Cujus materiæ frequentem in Judiciis hodiernis usum paulò altius considerans, digna visa est, cui argumenti loco tempus ac studium qualecunque impenderem ac dicarem. Cui Deus assistat.

CAP. I.





CAPUT I.

Definitionem Nominalem & Realem exhibens.

§. I.



Um eruditionis principium juxta Socratis effatum verborum intelligentia sit, & cognitio terminorum in ipsius rei notitiam nos perducatur, *Dn. Tabor. part. Element. p. 3. sect. 4. thes. i. in explicat.* nec sine diligentiorum evolutione & consideratione eam vix assequamur. Igitur & mihi de hac materia agenti in vocum derivationem & varias significationes inquirere necesse, & prior quidem terminorum, potior verò rerum habenda ratio erit. Argumenti autem nostri tripartiti significatio latina à Juridica non distat, siquidem recusatio nomen Verbale à recuso deducitur, compositum ex particula *Re*, quæ non nisi composita reperitur, *Calv. Lexic. Jurid. in voc. Re*, & verbo *Culo* quod frequentativum est à *Cudo*, unde accuso, *Recuso*, *id. in voce Cuso.*

§. II,

Synonyma quæ consideranda veniunt, sunt, *rejicere*, *Cicero. libr. 2. Orat. in Verr. exclamare*: quæ usitata recusationis verba antiquitus fuisse, testatur *Plinius in Panegyrio* quando dicit; *Sors & urna Judicem assignat, licet rejicere, licet exclamare, hunc nolo, timidus est. Sic refutare. Novell. 53. cap. 3. repudiare, ead. Novell. cap. 3. §. 1.*

§. III. Ho -



## §. III.

Homonymiam *l. 48. ff. Mandat.* exhibet, & hęc ratione accusationi opponitur, ita *in l. 16. §. 10. ad SC. Trebellin.* hęc hereditatem recusare dicitur, & oblatum Juramentum recusare *Nicol. process. judic. c. 41. n. 5.* Similibus quoque ejusmodi actibus ubi fides alicujus suspecta habetur, accommodari potest, ut cum testis suspectus est, dicitur recusari, rejici, *Hillig. in Donell. enucleat. libr. 17. c. 25.*

## §. IV.

Secundi vocabuli investigatio per totum ferē jus diffusa reperitur, Judex enim à judicando, utpote potissima officii sui parte ob quam cętera omnia nomen suum habent, dicitur *l. 1. ff. de Jurisd.* Ubi pro scientia Juris antiqui & utilitate sequentium hęc addere libet, circa hanc notionem tria olim distinguenda fuisse tempora. Antiquissimo enim summus Magistratus Romę dicebatur Judex & Prętor, *Liv. libr. 3. & Cic. de LL. libr. 3.* Postea Judicis vocabulum iis tantum attributum, qui causas in Judicio tractabant, quique plerumque erant privati, & ita Magistratus à Judicibus distinguuntur *l. 2. ff. de R. I.* Tandem sub Imperatoribus vox hęc, tam Magistratum quam Judices signare cępit. *Strauch. Exercit. Justin. Diss. 21. thes. 2.* & sic posteriori modo sumitur vel proprię, pro ipsis Magistratibus uti *in l. 1. ff. de Judic.* qui vel Jure Magistratus vel ex speciali legis concessione causę cognitionem habent, unde omnem ordinariam Jurisdictionem æltimandam esse dicit *Vmm. process. Judic. disp. 1. thes. 6. n. 38.* vel improprię & secundum veterem procedendi morem pro datis à Magistratu, inter quos non levis est differentia, *vid. Colleg. Iur. Argentor. ad tit. de Judic. thes. 64. Hillig. ad Donell. libr. 17. c. 6. lit. S. & passim dati, l. 3. ff. de Jurisd. l. judex 46. ff. de Judic. tot. tit. C. qui pro sua Jurisd. judic. interdum speciales l. final. ff. de offic. prętor. l. 5. Pręses. ff. de offic. pręsid. Pedanei, tot. tit. C. de pedan. Judic. l. penult. circ. fin. C. d. part.* Hinc discrimen ortum inter officium jus dicentis, quod Jurisdictionis est, cui potestas exequendi cohęret, *l. ult. ff. de offic. ejus cui mandat est. Jurisd.* & officium Judicis, quod nudę notionis causę cognitionis, & sententię dicendę potestate circum scriptum *l. 5. l. 15. l. 55. ff. de Judic.*

§. V. Ve-



9  
§. V.

Verum mutationes Imperii Romani & mores, multas confusiones, Juri civili incognitas pepererunt, non tantum ratione universi, sed & partium, cum singularum partium Principes sibi ipsis providerint, toti verò & universo Imperio Imperator & Status. *Vult. de judic. libr. 1. c. 4. n. 48.* & sic antiquatis ejusmodi Juribus & Jurisdictione Patrimoniali eff. Et a *Vinn. de juris. c. 10. n. 3. Gerhard. Feltn. Tract. de jure in re cap. 22. n. 40.* cum ipse Judex, cui à Toparcha seu Domino territorii patrimonialem Jurisdictionem habenti, Judicandi potestas concessa, de omni controversia ipse judicare teneatur, neque alii (nisi paucis casibus exceptis) hoc munus demandare possit. *l. 2. C. de pedan. judicib. eo verbo hodie cuncti veniunt,* quibus Judicandi potestas sive Jurisdictionis, sive Imperii, sive etiam notionis vi aut ex speciali concessione data est *Rubric. C. de jurisd. omn. lud. l. 99. ff. de V. S.*

§. VI.

Suspecti vox nomen participiale verbi suspicor, & eandem cum latinis retinet significationem. Cujus suspicionis triplicem in jure usù reperiri notat. *Wenhner. in supplement. pract. ad observ.*  
I. Cum debitores æri alieno obnoxii fugam meditantur, ne carceri mancipentur, & hæc fugæ suspicio est; de qua *vid. Carpz. de fin. forens. p. 1. const. 28. def. 7. n. 3.* II. Adversus Judices, cum religionis suæ oblitum, judicando nocent, quæ hujus loci est. III. Ex eo nata quæ tendit ad lædendum publicè & privatim, & hæc ex malis moribus, vel indiciis occultæ fraudis æstimanda. *Oldendorp. cl. 7. art. 1.* quo referri possunt tutores & curatores suspecti, §. 5. *suspectus Institut. de suspect. tutor. & curat.* Item suspecta hæreditas *l. 34. ff. d. condict. indebit. suspectæ tabulæ l. 1. §. 2. testam. quem admod. aperiant. suspecta scriptura l. 24. C. de probat.* alio tamen ac hîc, sensu, nempe pro mala fide sumitur *in l. 2. C. de furt. & serv. corrupt.* nec interest, an suspectum facere, an postulare dicatur, promissuè enim in jure accipi apparet *ex l. 1. §. 6. l. 3. §. 4. l. 7. princip. ff. de suspect. tutor. & curat.*

§. VII.

Hactenus iis quæ ad Nominalis definitionis cognitionem

B

tionem



tionem faciunt utcunque explicatis, sequitur Realis, quam ita describere placuit; Recusatio est exceptio dilatoria, quâ fœdè cœtera competens, propter justas suspicionis causas subortas, ad inducendum Juris effectum rejicitur. Et non tantum civilis verum & naturalis Juris Fundamento niti hanc exceptionem, utpote favorabilem & in naturali æquitate & ratione fundatam. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. disput. 12 thes. 11. lit. H. Mæv. p. 1. decis. 51.* communiter pragmatici statuunt, per *c. quod suspecti 3. q. 5. & esse speciem defensionis. Myns. cent 3. obs. 83.* Licet enim nulla hac de re humana lex fuisset statuta, tamen ratio ipsa facillimè ostenderet, eorum Judicia fugienda ac omnibus modis avertenda fore, qui propter odium, inimicitiam, aliamve causam suspecti habentur, aut tantum justè creduntur maximè amici ac propensi hisce, cum quibus litigatur *d. c. quod suspecti. 3. q. 5. l. apertissimi 16. C. de Judic.* nec quenquã cogi æquum ferre judicem, qui sibi sit suspectus, cum nimis rigidum ac durum sit, à tali suspecto sententiam expectare *Covarruv. pract. q. 10m. 2. c. 26. n. 2.*

## §. VIII.

Unde fluere videtur Principem non posse causam ex plenitudine potestatis Judici suspecto committere recusatione remotâ, quia defensio, quæ Juris naturæ est, *l. 1. §. 11. ff. si quadrup. pauper. fec. dicar.* per id tolleretur *Rom. cons. 521. n. 6. fason. in l. apertissimi 16. C. de Judic. n. 17 Barbos de Clausul. usu frequent. claus. 131. n. 8. Guazin. de defens. reor. def. 1. c. 19. n. 5* quamvis contra riu nonnulli tueantur per *l. 1. §. 4. ff. à quibus appell. non licet. argum. à majori ducto, Principem, sicut appellationem, ita & recusationem tollere posse d. l. 1. §. 4. dummodo in rescripto removeat omnem exceptionem recusationis, quia minus gravaretur pars, cum tunc ipsi non desit remedium appellandi, quippe per unius Juris remotionem, non statim alterum quoque sublatum sit. *Philipp. Franc. in c. 36. x. de appell. d. Barbos. claus. 20. n. 30.**

## §. IX.

Sed cum apposita hæc clausula appellationi, non de ea, quæ manifestum gravamen inducit, sed de frivola intelligatur, *c. 47.*

*x. de*



*x de appellat. Farinac. q. 101. n. III. Menoch. d. arbitr. judic. quest. cas. 197. n. 2. ita etiam de recusatione sentiendū Mynsing. centur. 3. observ. 63. Zanger. de except. p. 2. c. 4. n. 12. quod Bachov. displicet, ut si de frivola exceptione clausula illa tantum intelligatur, & in cujusvis Iudicis recusatione causas justas allegare quem oporteat, clausula illa nihil operans, præter jus commune supervacua & inutilis futura sit volum. I. disput. XII. thes. 12. lit. A. Et sic in gravioribus, causis, quæ ex manifesta suspitione resultant, hæc exceptio ubi excluderetur, irreparabile damnum inde reus sensurus esset. Hippol. de Marsil. in sing. 292. Robert. Lancell. tract. de attentat. p. 2. c. 6. n. 33. Scacc. de appell. q. 16. limit. I. n. 118. & 119. & hæc adeo vera esse, ut nec Papa hanc exceptionem tollere possit, testatur Martin. de Caraz. tract. de princip. tom. 16. q. 385. fol. 210.*

## §. X.

Divisionem exceptionis hujus refutationis Judicis, generis nomen retinens quod attinet, cum in Judice minus habili & idoneo fiat, duplicem interpretes facere solent, unam *veram*, alteram *quasi*, illam opponi putant ei, qui cæteris quidem paribus Judex esse possit. Sed non in illa causa, hanc illi qui absolute Judex esse nequeat, sed *vera* nomē recusationis sibi quasi peculiare fecit, & est Judicis suspecti, hæc generis nomen retinet, & ex tot causis datur, quot causis quis à judicando arceri potest. Vultei. de Judic. libr. 2. c. 7. n. 181.

## CAPUT II.

## Personam Judicis recusandi continens.

## § I.

**U**T autem sciatur quinam Judices recusari possint, & quæ circa eorum personam observanda, spectanda in primis habilitas, tum *generalis*, ut persona sit apta, & non prohibeatur esse Judex, aut natura, aut lege, aut moribus, tum *specialis*, ut in certa causa vel persona non prohibeatur, ad quam posteriorem inhabilitatem referri solet illa quæ oritur ex suspitione, per quam Judex parti se suspectum reddit, *Rehter. velitat. Academ. 41. sect. 3. n. 5. Emeric. à Rosbach. process. Judic. tit. 4. n. 57. Pe-*



Periculum enim est, coram suspecto Judice litigare. *c. cum inter priorem. x. de except.* maximè cum ut vulgò dici solet; plus valeat favor in Judice, quam leges in Codice. Unde non nisi Judex alias competens recusari potest *Feltem. tract. de Juram. per horresc. cap. 2. thes. 25.* & Judici suspecto Jurisdictio ipso Jure competit, & id quod gerit subsistit, nisi recusatus fuerit *Rosenth. de Feud. cap. 12. conclus. 4. n. 60.* nec obstante alia generali incompetentiæ exceptione, hanc dari notat *Nicolai process. Judic. c. 22. n. 1.*

## §. II.

Sed, an indistinctè omnes omninò Judices recusari possint, dispiciendum est; Et posse quemcunque, qui quovis modo, vel referendo, vel pronunciando, lædere potest *tradiu Pacian. tract. de probationibus libr. 2. c. 45. n. 93.* à quocunque, sive Principalis sit sive Procurator, *Guazin. d. defens. reor. defens. 1. cap. 19. n. 61.* ita ut in hoc speciale mandatum requiratur *Rebuff. d. recusat. art. 1. gloss. 1. n. 1. vol. 3.* nec enim Procurator aliquid agere potest, per quod Dominus incidat in pœnam, nisi ad id fuerit specialiter constitutus *Caravit. rit. 265. n. 25.* multò minus quicquam in præjudiciù Domini operabitur. *Joseph. Lud. conclus. 30. n. 50.* quin potius Procurator temerè Commissarii recusationè in Camera proponens, de suo multam pendet. *Ruland. de Commiss. p. 1. libr. 2. c. 15. n. 8. Grav. ad Gail. conclus. 33. consid. 4. n. 6.* Vel tertius aliquis si de Jure seu Interesse suo docuerit, intervenire, & de suspicione Judicis excipere potest. *Mascard. de probat. vol. 2. concl. 954. n. 4. Robert. Lancellet. d. attentat. p. 2. cap. 6. n. 71. Gail. libr. 1. obs. 33. n. 7.* non tantum si citatus fuerit ad judicium, sed etiam si ultrò advenit *Grav. ad Gail. conclus. 71. consid. 1. n. 2.* nec obstat, quod regulariter in Judicem nulla suspicio cadere debeat, *Barbos. locupletat. libr. 9. cap. 89. axiomat. 14.* & pro Judice ejusque processu semper Jura præsumant. *l. 1. C. d. Prad. & aliis reb. minor.* cum hoc cesset, si per factum præsumptioni contrarium, in unius partis favorem vel præjudicium procedat *c. consequente 7. de restitutione spoliator. Gail. libr. 2. obs. 76. n. 5.* Certè quoad distinctionem Judicum in ordinarios & delegatos supra *cap. 1.* allatam inter Jus Civile & Canonicum non convenit, licet enim extra argumentum doctrinæ ac disciplinæ Ecclesiasticæ Jus suum foro cuique constet,

PAUR-



*Paurmeist. de Jurisd. libr. 1. c. ult. n. 48.* Tamen, cum in multis causis, præsertim si aliquid altero controversum, altero autem determinatum, jus certum etiam in altero foro valeat, *Gail. 2. obs. 121. Canis. de differ. Jur. civilis et Canon.* non dubitandum, quin hinc quoque Juris Canonici dispositio attendenda sit.

## §. III.

Quod Delegatum attinet, dubio carere videtur, eum utroque, et Civili et Canonico recusari posse *per textus express. in l. 16. et 18. C. de Judic. et c. suspicionis x. de officio et potestate Judicis deleg. c. cum speciali x. de appellat. recusat. et relas. Marant. ordin. Judic. p. 4. dist. 5. n. 40. Brunnem. ad l. 16. C. de Judic.* et hoc extra omnem controversiam esse testatur *Gail. lib. 1. obs. 33.* licet sit Delegatus Principis *Abb. in c. super questionum §. quem verò de officio deleg. nec differentiam faciendam esse in Delegato quoad unam causam tantum, vel ad universitatem causarum Bald. in d. l. 16. C. de Ind.*

## §. IV.

Communis Legistarum sententia in Ordinario est, in totum eum recusari non posse, sed si alicui parti suspectus sit, secundum *Auth. si verò contigerit C. de Iudic. Archi. Episcopus, aut alius probus et spectatæ fidei vir Guilb. d. Cun. Bald. Iason et Gloss. in d. authent. in verbo Ordinarium, adjungatur.* Cujus differentiarum ratio in eo posita esse videtur, quod in Iudice Ordinario interesset publicè authoritatem ejus ab hominis voluntate non convelli, præsertim, cū ejus Jurisdictio constituta esset lege, quod in Iudice Delegato cessat, utpote qui Jurisdictionem ab homine sibi mandatam sive delegatam habeat *Gail. libr. 1. obs. 33. Vultej. de Iudic. libr. 2. c. 7. n. 200.* Et quamvis sententiam hanc communem esse notent *Viv. decis. 363. n. 1. Schneid. ad §. omnium Instir. de act. n. 26. Covarruv. pr. quest. c. 26. Consilior. Marpurg. vol. 3. cons. 7. n. 63.* ab illa tamen nonnulli recedere videntur, & præprimis *id. Covarruv. d. loc. Donell. libr. 17. c. 26.* per generalitatem rationis in *d. l. 16. C. d. i. tum quod Dd. non paucas admittant causas per modum exceptionis, quibus in totum Iudex Ordinarius recusetur Castrens. in d. l. 16. C. d. Iudic. Bachov. ad Treutler. vol. 1. Disputat. 12. th. 12. lit. H. & l. 9. ff. de liberal. causa* cum enim nemini nisi Ordinario Judici permissum fuerit, de causa status & liberali cognoscere *l. 2. C. de pedan. Judic.*



*add. Brunnem. ad hanc. l. 2. Jctus. autem Cajus. in d. l. 9. recusa-  
tionē in tali Judice admiserit, non dubitatur, quin de Ordinario  
quoque intelligendum sit.*

## § V.

Porro *in d. l. apertiss. 16. cautum, ut omnes lites sine suspi-  
cione fiant, quod jus, propter eandem rationem quoque in Or-  
dinario statuendum esse, asserit Richter. velit. Acad. 41. §. 5.  
Nec obstare videtur. d. l. 16. si cum Umm. in process. Judic. disp. 1.  
th. 9. n. 56. respondere velimus, Justinianū ad propositā consul-  
tationem respondisse, idemque, propter legi adjectam ratio-  
nem generalem, ad Ordinarium extendendum esse. Nec Novell.  
86. cap. 2. & inde desumpta. Auth. si verò C. d. t. Non enim præcisè  
illā lege Archi-Episcopus adjungi cavetur, sed in gratiam liti-  
gantium adjectum, ut alius associetur, ne ob suspicionem à pa-  
trio solo recedere cogantur vid. Gudelin. de Jure Noviss. libr. 4.  
cap. 2. fol. 186. & sic potius consilium quam necessitas sit, ac sen-  
sus inde alternativus non simplex concipi debeat Richter. d. l.  
Umm. d. disp. thes. 9. n. 56. Clarius etiam colligitur ex Novell. 53.  
& ejus Authentic. offeratur C. de litis contestation. Ubi per le-  
gem nemini Judicem associari nisi petenti tradit. Gothofred. in  
d. Auth. lit. V.*

## § VI.

Cui posteriori opinioni etiam adscribere videtur juris Pon-  
tificium *per. c. 4. x. de foro compet. c. 61. x. de appellat.* quod etiam  
mores hodierni, utpote hoc casu majore æquitate nitente, par-  
tim etiam, quod prædicta illa Juris civilis dispositio in praxi  
foret difficilis, labores & sumtus multiplicaret, & nihilominus  
Judices suspectos in judicio relinqueret, notante Schrader. *de  
feud p. 12. sect. 4 n. 60. sequuntur add. Gudelin. d. Jure. Novissimo  
libr. 4. c. 2. fol. 186.* Et licet secundum Juris civilis dispositionem,  
suspicionis vitium sanari videbatur, si Iudici suspecto alius ad-  
junctus sit, vix tamen credendum, remedium hoc tutò practi-  
cari posse, quin non potius illud planè rejiciendū sit Gomez. *Leo-  
nens. decis. Hispan. 66.* quamvis enim adjunctus detur, præcave-  
rit tamen per eum nequit, quòd ex recusatione ad indignatio-  
nem & iracundiam non provocetur ille, qui propter suspicio-  
nem



nem recusatus erat, *Anton. Acacius de Lipoll. Variar. resolut. c. 2. per rot.* Unde justè adhuc timetur *Capys. Latr. consult. 101. n. 5. & qualis fuerit animus in præcedentibus, colligitur in postea gerendis, interminis Larrea alleg. Fisc. 118. n. 9.* Hinc adjunctio- nis u- sum in desuetudinem abiisse traditur *tom. 5. symphorem. fol. 291.* In Camera Imperiali etiam practi- catur, ut si quis Juramentum per- horrescentiæ præstet, Processus ei decernatur in præjudicium Ordinariæ Jurisdictionis, & causa, ne coram suspecto tractari de- beat, planè ad aliud Tribunal avocatur. *Tennag. de decernend. process. c. 13.* Aliter planè *Vultej. de judic. lib. 2. c. 7. n. 200.* de hac controversia sentit, ubi refert; Judicem Ordinarium recusari quidem posse, alio tamen fine & effectu, nihil enim impedire recusationem Judicis Ordinarii, quod non removeatur, cum aliud sit querere an Judex recusari possit? aliud an à cognitione removeri debeat *ubi allegat. loc. latius videri poterit add. Colleg. Juris Argentor. libr. 44 except. 36. & Bachov. ad Trentl. V. 1. disp. 12. thes. 11. lit. H.*

### §. VII.

Utu Juris Civilis in Personis Judicum veteris Reipublicæ formæ pertractato, disquirendum erit, quid nostris tempori- bus in Imperio Romano Germanico obtineat. Ad cujus melio- rem cognitionem sciendum, firmissimè ab appellatione ad recu- sationem argumentari posse *Boër. decis. 269. Giph. ad l. 16. C. de Judic. Barbos. loc. Comm. argum. lur. loc. 96.* ita ut omnes ii Judices ante sententiam recusari possint, à quibus post sententiam ap- pellari potest *Cresp. de Valdaura. obs. 9. q. 4. n. 18. & ubi hæc locum non habeat, ibi recusationem non admittendam esse Sigis- mund. Scacc. de appell. q. 16. limit. 1. n. 7. & 8. Schubhard. d. Austreg. c. 6. n. 211.* Unde in Imperio nostro Romano Germanico in Imperatore locum non habere inde patet; Quod cum suspicio se- cundum praxin & generalem consuetudinem proponi debeat coram Superiore, Imperator autem non habeat superiorem. *Rebuff. tract. de appell. art. 3. glossa una n. 8. & sit caput Imperii A. B. Carol. IV. cap. 2. l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. Barbos. loc. pl. in voc. Impe- rator. c. 14. axiom. 3.* hanc recusationem cessare facile colligi poterit *Anfrer. tract. de recus. n. 6. Grav. ad Gail. obs. 33. n. 5. Menochius Consil.*



*Confil. 94. n. 52.* quod etiam in Papa, propter eandem juris rationem obtinere, tradit *Ruginell. tract. de appellat. c. 2. §. 2. n. 9. Felim. de iurament. perhorresc. c. 16. thes. 2.* Imò in omnes Principes Reges & Respublicas quibus Majestas competit, & superiorem non recognoscunt, in quibus præsumtio injustitiæ cessat, extendendum esse *Pacian. de probat. libr. 2. c. 45. n. 94.* his enim Iura Imperii competunt. *Mattha. de Afflict. decis. 120. n. 6.*

§. VIII.

Unde, cum in *Aurea Bulla Caroli IV. c. 11.* Electoribus privilegium de non appellando sit concessum, non difficulter concludi posset, propter Regulam superius allatam, eos multo minus recusari posse. *Felim. d. tract. de iurament. perhorresc. c. 16. n. 14.* Nō tamen distinctè, sed promiscuè omnibus concessum est hoc privilegium per verba. *d. Aurea Bulla,* & licet illud nonnullos nempe Moguntinum, Trevirenses, Coloniensem & Palatinum per contrarium usum & spontaneam conventionem amisisse tradant *Schurff cons. 29. cent. 3. n. 1. Andr. Knichen in comm. de Saxon. non provocan. jur. verb. jus c. 2. n. 29. & seqq. Besold. in discurs. de appellat. c. 2. n. 19. Gylmann. Tom. 3. Symphor. fol. 36. & alii.* magis tamen videtur, prædictos Electores illud privilegium nunquam amisisse, sed quodcumque placuerit, eo liberè uti posse, ad eò, ut Subditis suis ne ad Cameram Imperialem provocent, etiam Mandatis pœnalibus inhibere queant *Limna. libro. 3. iur. publ. c. 2. n. 70.* quod confirmari videtur ex eo, quod privilegium hoc de non appellando dignitati Electorali & familiæ, non autem certæ personæ concessum sit, & reale potius quam personale iudicandum *Rumel. ad A. B. p. 2. dissert. 2. thes. 4.* Privilegium autem Civitati, Ecclesiæ vel familiæ concessum, per non, usum aut contrarium administrantium, nunquam amittitur. *o. significasti. c. si diligenti x. de foro competent. Mynsing. libr. 4. observ. 88.* Nec obesse poterit huic Electorum privilegio, quod nonnulli, & quidem Moguntinus & Palatinus, facultatem à se appellandi ad Cameram Imperialem ex benignitate permiserint, cum semper per factam expressam protestationem id sibi reservaverint, uti satis clarè patet ex iis quæ aus der *Wannischen und Pfälzischen Hoff. Gerichts. Ordnung* tradit *Limna. 3. iur. publ. c. 5. n. 7. & c. 9. n. 88.*  
in verb.



in verb. in appelliren gestatten/Unser Churfürstlichen Freyheit und  
Gerechtigkeit damit doch ganz unbegebē. Insuper Electores privile-  
gia excepto Trevirensi novissimè renovari curasse. *tradit Blum.*  
*ad process. Cameral. tit. 46. thes. 32.*

## §. IX.

Moderni Imperii Judicia licet per multa sint, respectu cau-  
sæ efficientis commodè in tres species distribuuntur, aut ut con-  
stituta & dependentia à solo Cæsare, aut à solis Statibus, aut à Cæ-  
sare & Statibus simul. Merè Cæsarea vel Jus dicunt toti Imperio,  
vel certis tantummodo Circulis & Districtibus, quæ Particularia  
vocari solent, *Textor Recess. Imperii novissimo disput. 1. thes. 23.*  
Prioris generis est Aulicum Judicium der Kaiserliche Reichs-  
Hoffrath/de cujus competentia & modo procedendi *vid. Speidel.*  
*vos Reichs. Hoffrath Limna. Jur. Publ. libr. 9. c. 4. & Ordinationem*  
*ipsam hujus Judicii Reichs. Hoffraths. Ordnung Bœcler. in sua No-*  
*titia S. R. Imperii libr. 13. c. 4.* Utrum autem hoc Judicium tanquam  
suspectum recusari possit, videndum; Et cum ex persona consti-  
tute nempe Imperatore ipso æstimandum sit, *Ordinat. Aul.*  
*Ferdin. III. Imperat. in princip. & titul. 1. in verbis Unser Reichs-*  
*Hoff. Rath/ dessen Oberstes Haupt und Richter allein Wir und ein*  
*ander Römischer Kaiser selbst ist/ &c.* nullam recusationem admitti  
posse ex eo manifestum videtur, propter denegatam ab iis appel-  
lationem. *Besold. disputat. ad process. Judic. c. 3. thes. 3.* Credidit enim  
Princeps ait Arcadius in *l. un. §. 1. ff. de offic. prefect. prator.* Eos, qui  
*ob singularem industriam, exploratâ eorum fide & gravitate, ad ejus*  
*officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sa-*  
*pientiâ & lare dignitatis sue, quam ipse fore iudicaturos.* Singuli ta-  
men Assessores quin recusari possint, nullum est dubium. *Grav. ad*  
*Gail. obs. 33. n. 7. Besold. de process. Judic. c. 3. n. 3.* Ubi autem plures  
Assessorum suspecti fuerint *Felms. tract. de iuram. perhorresc. no-*  
*tat, videndum; An tot adhuc sint alii minimè suspecti, quot ad fi-*  
*niendas lites adesse sufficiant? Donec enim justus numerus ma-*  
*neat, nullam conquerendi causam esse id. cap. 18. n. 7.* Quod si tot  
suspecti fuerint ut nec justus numerus super sit? Certum est ejus-  
modi Tribunal Summum recusari non posse, ergò rejectis suspe-  
ctis, in



Etis, in eorum locum alias idoneas personas surrogandas esse consilium præbet *Merula libr. 4. prax. civil. tit. 40. c. 4. n. 2.*

§. X.

Posterioris generis Provincialia sunt Judicia, inter quæ Rotwilense est, quod à solo Cæsare dependet, & cujus formandi atque constituendi facultatem habet, ac solus per Commissarios illud visitat *arg. Recess. Imperii de anno 1570. §. und nachdem de hoc Judicio vide Wehner. voc. Rothweillisch Hoffgericht/ Ejusd. Ordin. Aulic.* In quibus notandum quod ab hujusmodi Judiciis Provincialibus excepto Herbipolitano, regulariter ad Cameram appellatur, quamvis omisso medio Judice Aulici Dicasterii conexo, quod singulare est, *Textor. d. Recess. noviss. disp. 1. thes. 90.* recipiuntur etiam ejusmodi appellationes à Provincialibus Judiciis Suevicis ad Domum Austriacam pertinentibus, sed enixè contradicentibus Austriæ Archi Ducibus, propter privilegia Caroli V. Imperatoris Archi Ducibus concessa *vid. Auth. præjud. apud Gylman. in verb. Landgericht.* Non minus tamen constat, à Rotwilensi Dicasterio ad Cameram Imperialem non tantum licitum esse appellare, verum etiam plura exempla Præjudiciorum Cameralium apud *d. Gylmann. in verbo Desterreich/receptarum in Camera appellationum,* à Judiciis Cæsareis per Sueviam Provincialibus referuntur, præsertim in causa Nassau contra *Krichingen de An. 1572. tom. 3. fol. 309.* adeò, ut Cameram in contraria quasi possessione recipiendi appellationes constitutam velit *Rosenkorb in praxi forens. c. 108.* In casibus autem, ubi propter denegatam vel protractam Justitiam, Nullitatem, Judicis recusatorem, vel aliam ob causam, citrà appellationem, ad superiorem devolvitur Jurisdictio, ab hoc Rotwilensi Dicasterio non Camera, sed Imperator adeundus, quod ei in toto illo districtu omnis Jurisdictio soli sit reservata, quoad appellationem enim, in qua Camera cum eo concurret, saltem juri renunciasse videtur *Wehner. in voc. Rothweillisch Hoffgericht/ Paurmeister de Jurisd. libr. 2. s. 7. n. 61.* renunciatio enim est stricti Juris, quæ strictam, non extensivam recipit interpretationem *Natt. cons. 78. n. 5. Fulv. Pasion. cons. 132. n. 87,* nec renunciatio unius remedii ad alterius remif-



missionem porrigitur l. suum heredem C. de Iur. deliberand.

§. XI.

Imperialis Camerae Iudicium, quod Imperatoris & Statuum auctoritate institutum, Lampadi. p. 3. c. 16. in princip. & n. 8. ut suspectum recusari non posse, testatur Blum. process. Cameral. tit. 25. n. 11. Roding. pandect. Cameral. libr. 1. tit. 3. §. 4. cum nec ab eo appellari possit C. O. C. tit. 7. imò temeritatis incusandum esse, qui Augustissimum hoc iudicium recusare præsumat Grav. ad Gail. concl. 33. argum. 1. n. 6. Besold. Disput. ad process. Iudic. c. 3. thes. 3. Et licet aliquando tentatum fuerit à protestantibus Gylmann. in voc. exceptiones §. quot & quibus. Burgoldens. discurs. ad Instrument. pag. p. 2. disc. 20. pag. 205. id tamen nullo effectu factum notat Gail. 1. obs. 33. n. 41. Myns. cons. 24. dec. 3. At ubi de Assessoribus Camerae libus ut singulis quæstio verteretur, an unus vel plures recusari possint? Et causam suspicionis proponi Iure licere, probari poterit per ea quæ in Ord. Cameral. p. 1. tit. 22. §. ult. habentur, ubi provolum, quod Assessoribus suspectis, causæ illius acta committi non debeant Grav. alleg. loc. n. 7.

§. XII.

Et cum minor qualitas in Commissario quam ipso Iudice requiratur, hinc in Commissario ab Imperiali Camera Impetrato suspicionis allegatio valida est Blum. process. Cameral. tit. 73. n. 25. cum Delegato similis sit. Ruland. de Commiss. p. 1. libr. 1. c. 29. n. 14. Schubhard. de Austreg. c. 6. n. 135. Pluribus verò repudiatis, si unus tantum inter illos idoneus & omni exceptione major reperitur, partim à qua nominati fuere, olim per Decretum tempus præstitutum fuit, ad nominandos plures non suspectos cum illo qui idoneus repertus fuit. Sed quia hæc ratione processus & probatio protrahebantur, more hoc postmodum antiquato & abrogato constitutum fuit; Ut idoneus inventus solus deputetur, petenti enim imputandum erit, quod plures idoneos non nominaverit, cum quilibet eos nominare teneatur, quorum unusquisque per se solus Commissionis negotio par esse queat. Roding. d. pandect. Camera lib. libr. 3. tit. 14. §. 19. Nec minus ad Visitatores Camerae hæc recusatio trahenda, per expressa verba Recess. Imperii Augustani de



Stani de ann. 1559. s. und nachdem sie zu eelichen vergangenen visitationen. *add. Consil. Argentorat. vol. 1. cons. 29. n. 57.*

§. XIII.

Obstare aliquando jurisdictioni Summorum Imperii Iudiciorum privilegium Austregarum solet, quod, licet tantum deroget in prima instantia, gravatus tamen ab eodem ad Cameram appellare potest. *O. C. p. 2. tit. 2. §. darauf. Schubhard de Austreg. c. 6. n. 128. Myns. centur. 4. obs. 68. & sic quoque ex causa suspicionis contra eundem Iudicem excipere. Blum. tit. 27. n. 15. Grav. conclus. 33. argum. 1. n. 14. Schubh. d. tract. s. 6. n. 131.*

§. XIV.

Sic lite inter Dominum & Vasallum, vel duos Vasallos orta, Pares Curia in totum recusari posse communi Feudistarum opinione confirmatur. *Rosenth. de Feud. c. 12. conclus. 4. n. 60.* Sed ne ob defectum Iudicis causa hoc modo indecisae remaneant, notandum; Domino recusato, Pares Curia cognoscere, *Schrader. de Feud. p. 10. sect. 6. n. 222. & sect. 10. n. 34. Gail. obs. 24. n. 3.* Paribus vero recusatis, ad Ordinarium loci Iudicem aut electos Arbitros deveniendum *Vultej. de Feud. libr. 2. c. 2. n. 37. Hartmann. Hartmann. de Feud. obs. 21. & quam diu feudalis Iudex superest, ad Ordinarium iri non solere monet Rosenth. c. 12. concl. 4. n. 67. minime autem de negotio principali cognoscunt Arbitri, sed de causa suspicionis Rosenth. d. c. & concl. n. 65.*

§. XV.

Illa quae à solis Statibus Iudicia dependent, quarum constitutio ut singulis, ob hodierno tempore cuique ferè competentem Iurisdictionem Patrimonialem tribuitur, in Recess. Imperii noviss. distinguuntur in *Hohe und Nieder Gerichte* quae verba non in ordine ad objecta intelligenda videntur, quo sensu ex Fori usu Iurisdictionem aliam Altam die *Hohe* / aliam Bassam die *Niedere* *Wortmässigkeit* dicimus, sed respectu gradus, ut ab Inferioribus ad Superiora illa Iudicia licitum sit provocare, vel querelam deferre, *Textor. ad h. Recess. disp. 2. thes. 2. & haec non unius ejusdemque rationis sed varia esse, ex diversa Ordinum Statuumque conditione & varietate apparebit, nec difficile erit perquirere, in quibus ex-*



bus exceptio hæc locum habeat. Ne autem Subditi Statuum qui-  
 bus privilegium de non appellando aut simpliciter, aut sub restri-  
 ctione certæ summæ competit, in causis ejusmodi juris ac Justi-  
 tiæ commode excluderentur, ipsis hodiernum injunctum reperi-  
 tur, ut sua judicia probis ac eruditis Assessoribus & Consiliariis  
 constituent ac visitent. *arg. A. B. c. 11. §. 16. Dnus Myler. in notis*  
*ad Rumelin. pag. 284. vid. Recess. Deputationis Imper. de An. 1600. §.*  
*diereit aber.* Unde Q. resultat an integra Collegia, Senatus vel  
 Dicasteria, in quibus plures conjunctim sunt in eodem corpore,  
 recusari possint? Cujus Q. affirmativa patet ex *c. quod suspecti 3. q. 5.*  
*Boeri. decis. 269. n. 4.* quam communem Dd. opinionem testatur  
*Gail. 1. obs. 33 n. 2.* licet non sequatur, modo adsit causa quæ ista in  
 universum, aut in iis singulos suspectos reddat *Mav. p. 1. decis. 194.*  
*n. 2.* quibus contrarium tenet *Bald. in l. 64. ff. de condit. & demon-*  
*strat.* ex eo, quod fraus præsumatur qui omnes Collegii Assesso-  
 res rejicere velit *Carpzov. Illustr. Decis. Saxon. 82. n. 4.* nisi omnes  
 Assesores essent suspecti aut major pars eorum, vel unus magnæ  
 authoritatis, cui alii non audeant contradicere *Menoch. de arbitr.*  
*judic. quest. libr. 2. cas. 458. Rutand. à Valle cons. 19 n. 12. & seqq.*  
*Zanger. de exceptionib. p. 2. c. 4. n. 8.* quam tamen extensionem nec  
 theoriæ nec praxi convenire dicit *Vultej. de iudic. libr. 2. c. 7. n.*  
*208.* additâ distinctione inter Iudicia constituta ab eo qui Supe-  
 riorem non recognoscit, & illa qui recognoscit, ut illo casu Baldi  
 sententia locum habeat, hoc verò, totum etiam Senatum recusari  
 posse, modo justus numerus non supersit, qui moribus ad finien-  
 das lites desideratur *add. Sanchez. tom. 2. libr. 6. consil. moral. c. 8.*  
*dub. 3. n. 10.* Non tamen admittendum esse illum qui eines Fürsten  
 Gangeln oder Hoffgericht suspectum dicere velit nostri temporis  
 Jctus *Besold. in disput. ad process. cap. 3. thes. 3.* tradit. At suspecto ca-  
 pite vel Præsidente omnia membra quæ sub eo sunt censerit tanquam  
 suspecta allegata, ita ut à judicando abstinere debeant *Port. Immol.*  
*libr. 2. cons. 91.* quia Præsidentes in Consilio obtinent vices instar  
 totius Collegii *Par. de Put. in tract. de Synd. in verb. suspicio co-*  
*lumn. 4. Felsen. cons. 24. col. 4. vers. item dicit Mascard. de probat.*  
*conclus. 952. n. 33. vol. 2.* Sic Principe recusato ejus quoque Consili-  
 arios recusari posse notat *Klock. vot. Cameral. relat. 122. n. 11. &*  
*12. Marant. p. 6. de appellat. n. 28.*



## §. XVI.

Et hæc quæ de persona Judicis dicta sunt, non in Civilibus tantum, verum & Criminalibus causis observari debere *Osasc. Pedem. decis. 15. & ita Senatum Judicasse refert. ibidem add. Gomez. tit. d. delict. c. 1 n. 46. Farinac. q. 21. n. 129.* Si enim in causis Civilibus, in quibus solummodo agitur de re pecuniaria, admittitur recusatio, multò magis in Criminalibus ubi de vita agitur *Inl. Clar. pract. Crimin. q. 43. nisi crimin sit notorium Cavalc. de Brach. Reg. p. 3. n. 325. Feder. de Sen. Conf. 93. n. 7.* Non autem Advocatus Fisci ut suspectus recusari poterit ab inquisito vel delinquente, per id quod severius & durius in eum agat & perquirat causas criminis, cum ejus muneri id injunctum sit, & publicè intersit, delinquentes perquirere & punire, nisi gravis inter Advocatum & ipsum inimicitia intervenit, tunc eâ probatâ, ipsum recusari posse, docet *Larr. Allegat. Fisc. 2. Perez. ad tit. C. de. Judic. n. 23.* Nec reconventus in eodem Judicio Judicem Conventionis recusare poterit, *Carpzov. definit. forens. q. 1. Const. 7. def. 3.* Æquissimum enim est, ut cujus in agendo Actor observat arbitrium, hunc & contra se Judicem in eodem negotio esse patiatur. *l. 14. C. de sentent. & interlocut. omn. Judic.* cum per conventionem in eundem Judicem consensisse & approbasse videtur *Dd. in l. 1. C. de lurisd. omn. Judic. Anton. Faber. in Cod. lib. 3. tit. 1. definit. 29. n. 3.*

## CAPUT III.

De

## Causis recusationis agens.

## §. I.

**N**ON verò temerè ad hoc remedium convolandū est, quod is, qui suspectum Judicem dicit, famam ejusdem oneret, *arg l. 10. C. quand. provoc. non est necess. Imber. libr. 1. Institut. forens. 49. lit. f.* Neque enim vagari cum discrimine alienæ existimationis cuiquam licet, sed certum & specialiter dicere *Ulp. in l. 7. princip. de Injur l. 18. ff. de dol. mal.* Proinde causam subesse necessum



sum fit Zanger. de except. p. 2. cap. 4. n. 18. Mev. p. 1. decis. 193. n. 3 & in hoc *Dd.* quoad dispositionē Juris Canonici convenire videntur per cap. cum speciali 61. c. secundo requiris 41. §. tertio postulas. x. de appellat. quam causam unicam nempe suspensionem esse, quæ tamen ex multis & variis causis insurgat *Specul. in tit. de recusat. iud. §. 2. in princip. Iohann. Andr. in add. in Speculator. & Hartman. Hartman. obser. v. pract. obs. 9. in princip.* ex eo enim solo fit recusatio Judicis quod Judex sit suspectus, proinde causa suspicio erit, cui aliæ multæ causæ subordinatæ sunt, ex quibus suspicio arguitur, quod tamen obscurum videtur *Gothofred. ad l. 16. C. de iudic. lit. F.*

## §. II.

Verum de Jure Civili allegandam esse suspensionem in genere, & non necessarium speciatim causas suspensionis allegare, multo minus probare, quod ex veteri Romanorum more ortum duxisse monet *Cujac. lib. 9. obs. 23.* attamen quia ex tam lata licentia recusandi poterat, crescente hominum malitiâ, oriri occasio calumniandi, idcirco ex verosimili legum interpretationes injunctum recusatori onus Sacramenti ad removendam suspensionem calumniæ, & ita probationis vices subeat, ut juret, se Judicem non calumniosè, sed quod revera sit suspectus, recusare & hoc per glossam in d. l. apertissimi in verbo recusare *Anfrer. de recusat. n. 3. Bachov. ad Treutler. vol. 1. disput. 12. thes. 12. lit. F.* licet plerique hæc quæ de Jure Civili dicta sint, tantum ad Delegatum restringenda, in Ordinario verò, Juris Canonici dispositionem sequendam opinentur *Salicet. & Iohan. Faber ad d. l. 16. C. de iud. Honor. in Decret. ad tit. de appell. n. 84.* & quamvis hæc in re nulla consonantia Juris Civilis & Canonici adduci possit, licet *Dom. Min. Vult. de iudic. libr. 2. c. 7. n. 217.* id allaborare conetur per text. in l. 9. ff. de liber. caus. quia tamen usus & praxis Jus Canonic. tanquam æquius hæc in re probat. *rest. Gail. libr. 1. obs. 33. n. 16. Mynsing. cent. 3. obs. 63. n. 5* ab eo recedendum non esse dicit *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 954. n. 8, Zanger de except. p. 2. cap. 4. n. 18, Mev. p. 1. decis. 193. n. 6.*

Cum



## §. III.

Cum verò multæ ac variæ nec tamen Jure definitæ sint causæ, non male justitiam ac injustitiam earum Judicis arbitrio committendam esse docent. *Carpzov. Process. tit. 3. art. 4. n. 95. loban. Honor. in Decret libr. 2. tit. 28. n. 80. Jacob. Menoch. de arbitr. Judic. quest. libr. 2. cent. 2. c. 152. n. 2.* At illud, sicut in cæteris Juris articulis, ita hic etiam regulandum est ex arbitrio boni viri, quod Interpp. certis quibusdam causis expressis formare conati sunt, per quas ad similes vel graviore illatio fieri possit *Vultej. d. libr. 2. c. 7. n. 713.* Unde communiter traditur, Judicem posse ex omni causa, per quam verisimiliter præsumitur inclinare in favorem alterius partis, recusari. *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 954. n. 30.* & aliàs quod causa quæ testem repellit à testimonio ferendo, multò magis sufficiat ad Judicem confutandum *Raguell. ad d. l. 16. C. de lud. Cresp. de Valdaur. libr. 1. obs. 9. q. 8. n. 62. Hilig. in Donell. l. 17. c. 25. lit. Q.* cum facilius sit invenire Judicem quam testem. *Rosbach process. Ind. tit. 4. n. 61. Nicol. process. Jud. c. 22. n. 4* & quandoque victoria totius negotii in unico teste, ob defectum fortè aliarum probationum, consistat *Gail. lib. 1. ob. 33. n. 10.* causæ tamen ejusmodi justæ, legitimæ, ac ab omni calumnia alienæ sint, alioqui, si de evidenti calumnia constaret non admittendæ, ut ne quidem ad electionem Arbitrorum venire, Judex cogendus sit *Pac. d. tract. lib. 2. cap. 45. n. 42.*

## §. IV.

Et non errasse videbitur, qui causas illas ad duplicem revocaverit fontem unde profluere soleant, amicitiam Actoris, & inimicitiam Rei *Richter. velit. acad. 41. sect. 3. § 5. Rittersh. in exposit. Novell. p. 9. c. 6. n. 8.* Illa oritur vel ex affectione ad personam vel ex affectione ad causam, quamvis singulas inde emanantes & ab Interpp. congestas hic recensere nobis integrum non sit, quarum quadraginta enarrat. *Marant. specul. aur. p. 6. tit. de appellat. à n. 27. ad. 73.* Aufserius nonaginta & tres coacervavit. *Johann. Ferr. Octodecim in process. Judic.* plerasque tamen in idem recidere, multas etiam probatas, multos improbatas esse notat. *Vultej. de Ind. d. loc. n. 215.* & hoc ideo quod causæ sus-  
spicionis



spicionis non ab animo & voluntate allegantis tantum, sed præ-  
 cipue à facto alieno dependeant, quare difficilis earum probatio  
*Masc. de probat. conclus. 733. n. 2.* præcipuas, magisque in foro u-  
 litatas, his addere libuit, inter quos primum locum obtinebit ;  
 Si Judex sibi vel suis contra. *l. 10. ff. de Jurisd. l. unie. & tot. titul. C.*  
*ne quis in sua caus. Jus dic.* Jus dicere velit, siquidem amor quem  
 quis erga se habet, omnes alios amores aliasq; necessitudines su-  
 perat. *Rittersh. d. loc. n. 87.* Ita ut nec ipse nec ejus Assessores in illa  
 causa Judices esse possint. *Oldrop. Consil. 301. n. 2.* quod ne quidem  
 Principibus licere docet *Marant. p. 6. act. 2. n. 33.* nisi Superio-  
 rem non recognoscant, cum in supremo illo fastigio Imperii  
 cesset omnis sinistra suspicio *Frid. Schenck libr. 1. Progymnas.*  
*forens. tom. 1. cap. 10.* satius tamen foret, ut tali casu obveniente  
 causam delegent. *Richter Consilior. vol. 2. cons. 259. n. 3. Barbos. lo-*  
*cuplet. libr. 9. cap. 88. axiomat. 4.* Unde mos ille fluxisse videtur  
 relaxationis Juramentorum, quo Consilarii Principibus suis  
 obstricti sunt, si Judiciis Curialibus se in propriis causis submit-  
 tant *Myler de Principib. est Statib. Imp. Rom. Germ. cap. 29. §. 19.*  
 vel subditi contra Superiores suos in testes producantur, quo  
 vel in Judicando vel attestando liberiores existere possint. *Carpz.*  
*definit. forens. part. 2. c. 36. definit. 6. n. 3.* probat idem Rulandus  
 exemplo *Camerali ad præexercitamenta Johan. Ferrar. ad c. 7. §. pro-*  
*pter causam* ubi citationem emanatam esse refert in causa.  
 Wolff *Reiten von Wechsellrein* contra Hansß *Suggern* & sup-  
 plicationi insertum, quare Imperator Judex esse non possit, pro-  
 pter expectativam Hansß *Suggern* sub die *Herrschaft Mündel-*  
*heim* concessam, ob evictionis periculum. Et propter Dominum  
 suspectum totam familiam recusari posse *Mar. d. l. n. 31.* Do-  
 minum in causa Subditi *Tusch. conclus. 908. n. 21.* Filii familias in  
 causa patris, & vice versa. *l. 10. ff. de Jurisd.* Limitationem verò  
 hæc Regula patitur, in casu Jurisdictionis voluntariæ *l. 3. ff. d.*  
*adopt. l. 18 ff. d. Manum. vind.* vel ubi, periculum in mora versa-  
 tur. *Richter. vol. 2. Consil. 259. n. 6.* vel causæ essent exiguæ. *l. 16. ff.*  
*de offic. prasid.* vel Consuetudo aliter disponat. *c. 1. de pæn. in 6.*  
 licet posteriores tres limitationes dubio carere non videantur.

§. V.

Sic propter arctiorem necessitudinem, quâ alterutri parti,

D

sive



sive cognationis, sive affinitatis, junctus est, quem recusari posse patet *ex c. postremo x. de appellat.* Sed ne libido litigantium in nimium excreseat, certum modum. *Gloss. in c. postremo. x. de appellat.* statuit, ne ultra decimum gradum ad similitudinem successionis § *ult. Instit. de success. cognat.* expressum porrigatur, quod tamen potius in infinitum extendendum *arg. Nov. 118. c. 4.* Ast hâc in re Judicis arbitrium plurimum facere notat. *Menoch. de arbitr. judic. quest. libr. 2. cent. 2. c. 157. n. 7. Gilhaus. arbor. judic. civil. cap. 5. ramus. 10. n. 3.* Nisi utrique parti pari gradu junctus sit, tunc enim par affectionis causa tollit suspicionem. *Rosbach, Process. judic. tit. 2. n. 59. Richter. vol. 2. Cons. 159. n. 7.*

## § VI.

Non minus inimicitia, quam cum alterutro litigantium Judex habet, justam recusationis causam præbet, *Umm. disp. 12. thes. 9. n. 58. Zanger. p. 2. c. 4. n. 20. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 954. n. 16.* quod ad omnes porrigendum, qui sunt de domo & parentela ejus *Guaz. in de def. reor. def. 1. c. 21. n. 5.* nec refert, quælibet sit, etiam non capitalis vel gravis, sed solum probabilis, *Par. vol. 4. Cons. 2.* allegata in specie non autem in genere *Capic. decis. 38. n. 3. Cardin. Tusch. tom. 7. conclus. 908. n. 13. Marant. d. 1. n. 35.* nil enim gratius, & amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad impetendum commiserit, quem lædere fortè voluerit *c. 15. 3. q. 5. Richter. velut. Acad. 41. sect. 3. §. 5.* & non tantum si ad effectum pervenerit inimicitia, sed si causa adfuerit tantum præsumtivè *Farinac. decis. Crimin. lib. 2. quest. 49. n. 94. & seqq. Barbos. locuplet. voc. inimicitia axiom. 2. Cardinal. Tusch. conclus. 149. n. 18. lit. 1.* Justamque inimicandi causam habuerit Judex, quo casu medio Juramento removeri poterit *Bald. Salicet. in loc. relat. à Mascard. d. loc. n. 17.* hoc etiam procedere licet ignoraverit Judex causam esse commissam notat. *Par. de Put. de Synd. in verb. suspicio col. 1. n. 5. & probaverit, dixisse Judicem nociturum ubi posset. Tusch. tom. 7. concl. 908. n. 28.* Idem existimandum in Judice reconciliato de recenti, is enim adhuc remanet suspectus. *Marant. d. loc. n. 64. Mascard. d. conclus. n. 18.* Nationem autem hic scire in-teresse ait *§ Cius. in l. 31. §. 21. ff. de Edilit. Edict.* Siculis enim & talis hoc solum relinquendum tradit *Merul. Prax. Civil. c. 4. n. 12.*



n. 12. Oriri etiam potest ex eo, quod litigium in alia causa cum Judice alteruter partium habeat, vel habuerit, licet pro Judice pronunciatum sit, nam ex natura litigii, solent causari inimicitia. *Gylm symphor. tom. 2. p. 2. vol. 19. n. 14.* ex tali enim causatur inimicitia, quæ sufficiens est ad recusandum, *Farinac. fragm. criminal. p. 2. verb. Judex n. 888.* Ex aduerso, ob nimiam amicitiam, familiaritatem, aut favorem, quibus aduersarium prosequitur Judex, justo recusari poterit, *GuaZin. d. Tract. def. 1. n. 38. Cachevan. decis. Pedem. 15. n. 8.* quod de nimio favore, accipiendum cuius causa exprimenda, ac inde conjicienda, quando Judex, nimis animosè in præjudicium partis alterius procedit. *vid. Hartm. Hartm. libr. 2. obs. 9. n. 5. Aufrer. d. tract. n. 19. Consil Argentor. vol. 2. Consil. 55 n. 23.* vel sit Commenialis alterius partis *Johan. Anton. de Nigr. c. 217. n. 40.* vel Conterraneus, quod in longinquis partibus compatriotæ se uti fratres diligere soleant, *GuaZin. d. loc. n. 217.* Inquilinus *Anton. Faber. in Cod. libr. 3. tit. 4. definit. 3. per tot.* Modicam tamen amicitiam vel familiaritatem ad recusandum Judicem non sufficere, notat *Franc. in d. cap. postrem. X. de appell.* quam dignoscendam Judicis arbitrium requirit *Menoch. de arbitr. Judic. quest. libr. 2. cens. 2. c. 152.*

### §. VII.

Gratis etiam officium suum impertiri Judici incumbit, ne sordibus ac muneribus corrupto, oculi excecetur, quo Jus alterius partis videre & perpendere impediatur *c. sine nonnulli. 114. c. 1. q. 1.* & recusationis ansa præscindatur magis quam præbeatur *Barbos. locuplet. c. 88. axiom. 25.* cum nemo cogendus sit ab ejusmodi Judice sententiam expectare. *l. 3. §. 1. l. 9. §. ult. de recept. arbitr. l. 15. ff. de iud. c. 1. l. 26. §. per Magistrat. ff. ex quibus caus. major.* ac haud sine injuria recusari poterit, qui donatione, prece vel precio corruptus, ad inique judicandum parti se obstinxit *Marant. d. loc. n. 66.* Unde pro Regula habendum; Neminem idoneum Judicem esse in ea re, quæ commodo quocunque modo cedere potest *Merul. praxi Civil. d. c. 4. n. 9.* sic nec in ea causa cui similem habet in qua Judicaturus est à suspicionem se relevabit, cum præsumatur talem dicturum sententiam, qualem in sua causa optaret *Marant. d. loc. n. 46.* similem autem



causam esse ait *Mascard. de probat. conclus. 913. n. 25. & seqq.* Quando ex illius decisione concurratur ad decisionem causæ quam habet ut privatus.

### §. VIII.

Ita patrocinium quod Judex ante adeptum officium Magistratus, tanquam Advocatus, Assessor, Procurator vel Consultor in causa aliqua præstitit, justam suspicionis causam præbere, in dubitato constat ex *l. Prator. 17. ff. de Jurisd. l. quisquis 6. C. de postuland. Joh. Ferr. Montan Process Judic. libr. 1. c. 7. §. 2. quia affectionis suæ memor, partes Judicis in corrupti vix sustinere potest Gilhaus. arbor. Judic. civil. cap. 5. ramusc. 10. n. 3. Brunnem. ad Cl. 6. C. de postul. Aufrer. d. tract. n. 14. quod in Scabinis itidem observandum esse, notat Wehner. in Supplem præct. ad obs. verb. Schöpf. fen cum aliud nil sint, quam Judices & Judiciæ Assessores Besold. & Speidel. eod. verb. nec ullam movebit dubitationem controversia inter Alciat. & Tiber. Decian. mota, An nempe Judices ex corpore Advocatorum dari possint? Prævaluisse enim Deciani affirmantis sententiam tradit *Rittershus. d. tract. c. 6. n. 73.* ubi latius hanc quæstionem decisam vide. Non omni utilitate carere videtur Q. An Pater tanquam suspectus recusari possit si Filius ejus Adversarii sit Advocatus? In qua non una eademque decisio, sed discrepantes Dd. opiniones reperiuntur, Inter quos negantium tuentur *Merul. d. tract. cap. 4. n. 16. Marant. d. t. n. 55. Stephan. Gratian. disceptat. forens. c. 100. n. 24. Magnard. 1. decis. Tholos. 91. n. 1.*, moti, quod Filius Advocatus, saltem consiliis & industriâ suâ litigantes juvare soleat, ipsa verò causa non ad Filium Judicis, sed ad hos pertineat, add. *Wissenbach. ad l. 16. C. de Judic. nec Filii Advocati Officium gerentis, tantus sit ergà rem sui Clientis affectus, ut Patrem Judicem sollicitet, ad id, quod Viro bono indignum, imò injuriosum Patri foret, qui bonus præsumitur, donec contrarium probetur Menoch. de præsumt. libr. 6. præf. 52. n. 7.* Affirmantium partes sustinent *Aufrer. alleg. loc. n. 18. Anton. Faber Cod. Sabaud. 3. tit. 4. def. 9. n. 6. in not. quorum argumenta allegat. loc. videri possunt.**

### §. IX.

Verum optimè distinctione hanc rem expediri posse docet *Feltm.*



eet *Feltn. alleg. tract. c. 6. n. 20.* An Pater solus judicet? An verò  
 Assessores alios habeat? Priore casu, cum Judex solus causas co-  
 gnoscat, nec in ea re quæ ejus commodo vel incommodo cedit,  
 idoneus Judex esse possit *uti superius allatum* cum recusari posse  
 liquido patet *per traditâ à Merul d. c. 4. n. 9.* quod ex eo negari  
 non potest, si enim benè susceptum dicatur per felicem litis even-  
 tum, eo plures Clientes Filius esset habiturus, atque facilius is,  
 qui Reipublicæ præest, eum ad dignitatem aut potestatem ali-  
 quam evehet, *arg. §. final. Instit. proœm.* quod cum Pater fervidius  
 flagitet quam Filius ipse, ad Patris commodum id pertinere, ne-  
 mo negaverit, sin verò Filius in patrocinando prosperos successus  
 non habeat, nec in patronum hilarioris famæ evadat, haud eve-  
 niet, ut ad splendidiorum fortunam sit perventurus, quod cum  
 parentibus triste sit ac lugubre, damno ipsorum cedere in aperto  
 est, *Gravett cons. 1. n. 2.* Ubi verò Assessores pater habeat, viden-  
 dum, utrum ejus sint collegæ ut tam ille, quam hi jus suffragii in  
 sententia dicenda sibi concessum habeant? an verò Assessores soli  
 jus dicant? Et hoc casu tanquam suspectus rejici non poterit,  
 multò minus Patris Assessores, cum alieno odio & culpa nemo  
 prægravandus sit. *c. 22. d. R. 1. in 6. add. Canis. comment. ad hanc Re-  
 gul. Gœdd. consil. Marp. 24 n. 69.* Sed in Parente, parem cum cœ-  
 teris Assessoribus potestatem habente, recusatio intantum vale-  
 bit, ut in ea causa Referens non constituatur, per hoc tamen à vo-  
 tando non repellatur, nec enim tantæ potestatis est votum Sena-  
 toris vel Consilarii, ut non ab aliis possit emendari, ut refert *An-  
 ton. Faber in Cod. def. 9. n. ult. in not.* Et hæc de causis recusatio-  
 num retulisse sufficiat, quibus Judex etiam invitus à cognitione  
 repelli poterit. Satius verò, imò Probi Judicis esse ait *Hilliger. ad  
 Donell. libr. 26. c. 1. tit. 1. in not.* ut si alteri parti cognitione amoris  
 vel alio nexu junctus sit, ultrò, etsi ab alio non egeretur, cognitio-  
 ne se exsolvi petat, ne expectet, dum ab eo rejiciatur, quo facto  
 pudori suo magis prospiciet, suspensionemque evitabit, vix enim  
 est ut in partes propinqui propensior non credatur.



## CAPUT IV.

De Forma & Modo procedendi  
tractans.

## §. I.

**C**Ausâ legitimâ præfato modo existente, partis recusantis intentioni multum proficiet scire, quâ forma proponenda sit, ne post habitis hisce, vulneratâ causâ remedium quærere cogantur. *l. final. C. in quib. causis restit. in integr. necess. non est* cujus veterem procedendi morem vide apud *Cujac. libr. 9. obs. 23. Rosin. de antiquitat. Roman. libr. 9. cap. 20.* De hodiernis moribus per modum exceptionis proponi notat *Zanger. de Except. p. 2. c. 4. n. 1. Dultej de Iudic. libr. 2. c. 7. n. 185.* sed cum multæ earundem divisiones in Jure nostro reperiantur, *Instit. & ff. tit. de Except. eashic* pro instituti ratione tractasse sufficiat, quæ reum à Judicii observatione sive Instantia tantum exsolvunt, & Dilatorias vocantur *l. 3. §. 9. & 10. Instit. h. t. & dividuntur in Fori declinatorias & Dilatorias in specie. Illa sunt, quibus quis Jurisdictione Judicis citantis se eximit. Ha, quando quis Judicem tanquam competentem agnoscit, ipsius cognitionem tamen alio modo differt. Blum. process. Cameral. tit. 69. n. 23. & ha concernunt vel ipsam actionem, vel processum Judicarium Struv. Syntagm. Juris Civil. exercit. 46. th. 5. Ille ut ab Instituto alienæ huc non pertinent, Ha respiciunt vel ejus intrinseca, scil. personas Judicii, quæ sunt vel principales, ut Judex Actor & Reus, vel minus principales, ut Causidici Rosbach process. Iudic. tit. 40. n. 18. Vel extrinseca, locum non tutum, aut tempus angustum *Zanger. d. p. 2. c. 56. n. 7.**

## §. II.

Et opponendas hasce exceptiones Dilatorias quæ ex persona Judicis fiunt, qualis hæc Judicis suspecti exceptio est. *Brunnem. de Process. c. 7. n. 17. Gail. 1. obs. 33. Zang. d. tract. de exceptio. p. 2. c. 4. n. 1. & 2.* ab initio litis esse, ordo Judiciorum requirit, quod sint de Judicio constituendo *Umm. disp. 8. thes. 9. n. 59. Wissenb. ad Instit. disput. 50. thes. 13. in fin. & absurdum foret, prius de meritis cau-*

tis cau-



tis causæ, & tum demum de habilitate personarum querere.  
*Lindvull. disp. Justin. 17. thes. 3. lit. B. Cujac. libr. 18. obs. 34. Bronch.*  
*centur. 4. ass. 29. Hænon. disp. 22. thes. 13.* & sic ante litem contesta-  
 tam l. 13. C. de procurat. l. 12. & 13. C. de Except. quia per hanc Judi-  
 cium ordinatur quæ ejusmodi exceptione destrui oportet *Fer-*  
*rar. Process. libr. 1 c. 10.* & omnes alias exceptiones *Mynsing.*  
*centur. 4. obs. 59. Schrad. in part. 10. in præamb. n. 14. in tract. feud.*  
 si enim reus alias exceptiones hæc recusatoriâ omisâ, actori  
 objecerit, in Judicem consensisse & Jurisdictionem ejus proro-  
 gasse videtur *Mynsing. cent. 4. obs. 59 Hartmann. Hartm. libr. 2.*  
*obs. 11. n. 1. Mev. 2. decis. 337. n. 1. Johan. Ferrar. de Judic. præexer-*  
*citam. libr. 1 c. 7. §. 6. quod innuit Recess. Imperii de anno 1594. §.*  
*Sigen demnach/te & Novissimus de anno 1645. §. Es soll auch*  
*hinsühro in denen Sachen in verbis. Wie auch was er darbey di-*  
*latoriè oder premtoriè ein zuwenden haben möchte/ alles auffein-*  
*mahl bey Straff der Præclusion einbringen / te. Cui etiam Or-*  
*dinat. Cameral concordat. p. 3. Tit. 36. §. Und sonderlich/te. & hinc*  
 cum hæc exceptio Judicis suspecti post litem contestationem,  
 proponeretur, rejectam fuisse in causa Michael Burg appel-  
 lanten contra Lenhardt Mayen appellaten testatur *Ruland. ex-*  
*empl. Cameral. ad Process. Ferrar. accommodatis. c. 7. ita, ut post*  
 opponens, multetur libra auri l. penult. C. de except. *Castrens. cons.*  
*277. in princip. Tusch. concl. præct. tom. 3. conclus. 391. n. 2. & in limi-*  
 ne expeditionis, ac in actu vel in prolatione sententiæ propo-  
 sita, rejicienda. *Rota Roman. p. 1. decis. 563 n. 5. & seqq* Contraria-  
 ri quidem videtur huic cap. 12. x. d. except. Sed cum id saltem de  
 una specie exceptionis dilatoriæ nempe excommunicationis,  
 propter specialem rationem cautum sit, ad totum genus porri-  
 gendum non esse, ne sibi ipsi contradiceret Jus Canonicum patet  
 ex c. 20. x. de sentent. & re judic. Nec restituendus est is, qui ante  
 litem contestatam non opposuit, licet sit Minor vel Ecclesia *Sfor-*  
*nia Odd. in tract. de Restitut. in integr. p. 2. q. 64. artic. 6. Vincent, de*  
*Franc. decis. 435. p. 2. Bajard. ad Jul. Clar. q. 43. n. 12.*

## §. III.

Verum si suspicio post litem contestationem aut causæ  
 conclusionem primum existat & oriatur, aut ante Judicium  
 ceptum



conceptum extiterit, reus autem eam ignoraverit, semper allegari potest *Castrens. in l. final. C. de Except. Schuz. ad Instit. disput. 23. thes. 18. lit. D. in fin. Gail. 1. obs. 33. n. 11. Fulv. Pacian. de probat. c. 45. n. 15. & 87. Mev. p. 2. decis. 337. n. 3. quam irregularem & extraordinariam dicit Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 12. thes. 12. lit. B. & C. quæ enim de novo emergunt, novo opus habent remedio l. 11. §. 8. ff. de interrog. in jur. fac. quod non aliter recipiendum esse in Camera censuerunt, quam si notoriè & evidenter constet Judici, eam de novo supervenisse *Mynsing. centur. 4. obs. 59. in fin. Marant. d. loc. n. 75. & reus post litem contestatam ad sui notitiam pervenisse prætendens, Juramento hoc asserere tenetur Covarruv. pract. q. 26. n. 2. Hillig. in Donell. lib. 17. c. 25. lit. O.**

## §. IV.

Sed ut legitimè fiat recusatio, non verbis, sed scripto fieri debet, quia interlocutoria comparatur *Grav. ad Gail. conclus. 33. confid. 3. n. 3. Ryland. de Commissar. libr. 2. c. 15. n. 9. Rosbach. Process. tit. 4. n. 64. & licet antiquitus articulatim concipere licuerit C. O. p. 3. Tit. 26 §. 1. & Tit. 38. princip. Hodiè tamen post Recess. Noviss. de anno 1654. §. Diesem uechst muß beyhm dritten haupt Puncten / verb. Daß nehmlich uind fürs erste / summarie conceptam exhiberi debere *Blum. d. Process. Camer. Tit. 69. n. 44. Et ita causa libello recusatorio inserta, Judici recusato exhibeatur, l. final. C. de Iudic. c. 41. §. 3. c. 61. x. de Appellationibus, uti enim appellatio fieri & interponi debet coram Iudice à quo, si est præsens, vel de facili ejus præsentia haberi potest, l. 2. §. quid ergò quand. appell. sit permiss. sic etiam libellus recusationis Judicis, debet offerri Judici recusato *Wurms pract. obs. 16. n. 3. & 6. sed si per absentiam ejus aut aliud quid impediti fuerint, apud acta Præsidis vel Defensorum vel Duumvirorum l. ult. C. de Iudic. l. 9. ff. de liberal. causa. Zanger. d. c. n. 21. Cujac. lib. 9. obs. 23. vel etiam superiorem *Pacian. de probat. c. 45. n. 6. & seqq. cui ex Constitutione Justiniani *Novell. 53. c. 3. §. 1. viginti dies præfixi, intra quos exceptionem hanc proponere necesse habeant, quod tamen hodiernis moribus non adeò observari, sed omnium primo loco ponendam esse, notat *Umm. d. disp. 12. thes. 10. n. 60. siquidem causa ejus ab initio fuerit, ne, si alius qualiscunque actus coram******

ram



ram Judice expediatur, hoc ipso in eum consensisse videamur  
*Cuvarruv. pract. quest. 26. n. 2.* & licet Judex ex eadem causa non  
 nisi semel possit recusari *Roman. consil. 220. n. 7. versic. 3. Cardinal.*  
*Tusch tom. 7. conclus. 912. n. 2.* ubi verò in formanda causa suspi-  
 cionis ob defectum solennitatis succubuerit, & causa vera sit,  
 nihilominus iterum proponi posse docet *Castrens. cons. 113. col. 2.*  
*Guazin. de defen. reorum. def. 1. c. 19. n. 105.* Ne tamen damnum in-  
 currat allegans, reverenter proponat, & se ab injuria temperet  
*l. quisquis. C. de postul.* si enim aut verbis injuriosis utatur, ex quo  
 animus injuriandi (nisi aliud docebitur) colligitur *l. si non con-*  
*vitii C. de Injur.* aut præter necessitatem objiciat, actione inju-  
 riarum à Judice conveniri poterit, *Mar. p. 1. decis. 51. n. 5. Cara-*  
*vit. rit. 265. n. 23. & 24. Guazin. alleg. loc. n. 62.*

## §. V.

Et licet Judex alias rectè cognoscere possit de sua Juris-  
 dictione *l. 5. ff. de judic. Hartmann. Hartm. libr. 2. obs. 13. n. 1.*  
*Wurmser. Tit. 1. obs. 5. Gail. libr. 1. obs. 34. n. 6. & seqq.* non tamen  
 objectæ suspicionis causæ cognitio justa & legitima sit nec ne,  
 ipsi Judici recusato committenda *d. l. 16. C. de judic. & c. si contra*  
*unum. de offic. delegat. in 6. c. secundo requiris. §. 3. x. de Appellatio-*  
*nibus Tiber. Decian. vol. 1. respons. 26. n. 3. Grav. ad Gail conclus. 34.*  
*confid. 1. n. 2.* sicut enim in Principali, ita etiam in incidenti time-  
 tur *c. suspicionis x. de offic. judic. deleg.* usque adeò, ut nec discus-  
 sioni & causæ relationi præsens esse debeat *Capic. decis. 138. n. 5.*  
*Mar. Giurb. Consil. 9. n. 2.* cum ob suspensionem recusatio ipsius  
 personam afficiat, & statim inhabilem reddat. *Mynsing. centur.*  
*3. obs. 3. Gravett. consil. 113. n. 3.* sed Arbitris Juris à litigatoribus  
 ipsis utrinque, his verò nolentibus eligere, à Judice recusato im-  
 plorato auxilio Ordinarii Judicis vel ab ipso Ordinario imme-  
 diatè compelli ad faciendam electionem *Pacian. lib. 2. c. 45. n. 23.*  
 his autem de electione discrepantibus, à Judice recusato eligen-  
 di *Umm d. disp. 12. thes. 10. n. 61. Zang. de Exceptionib. p. 2. c. 4. n. 22.*  
 nec interesse videtur unus an plures eligantur *l. final. C. de judic.*  
 quod utroque Jure, Civili & Canonico asserendum, nullam e-  
 nim dissonantiam Jurium hâc in re admittimus, licet apud non-  
 nullos

E

nullos



nullos reperiat per text. in d.c. secundo requiris §. tertio & c. 61.  
 x. de appellat. quorum pugnantiam ut utrumque Jus quantum fi-  
 eri potest concordetur, solvit *Vultej. de iudic. d. libr. 2. c. 7. n. 237.*  
 Pluribus verò Iudicibus cum hâc clausula datis, ut si omnes inter-  
 esse non possint, cœteri, sive unus sive plures sint, in causa proce-  
 dant, vel sit Delegatus Principis, aut alterius, Ordinariam Juris-  
 dictionem habentis, non ad Arbitros recurritur, sed illo casu ad  
 recusatorum Collegas c. 4. princip. de offic. delegat. in 6. *Mar.*  
*Giurb. Cons. 9. n. 7. & 8.* hoc verò ad Principem sive Delegantem,  
 eod. c. 4. qui uterque casus Iuri tantùm Canonico est cognitus,  
*Cyn. in l. 16. C. de Iudic. Philipp. Franc. inc. cum speciali p. 135. col. 1. de*  
*appellat.* & hi Arbitri secundum Iustiniani constitutionem in d. l.  
*final.* eligendi sunt illicò, quod ipse ibidem de triduo interpreta-  
 tur, add. *Gothofred. ad d. l. final. Berojus Consil. 16. n. 5. vol. 3.* Nullibi  
 tamen tempus finiendæ cognitionis in Jure determinatum repe-  
 ritur *Carav. in rit. 265. n. 31.* ac proinde arbitrarium Iudici recusato  
 est, ita ut ipse Arbitris præfigat certum tempus, intra quod finiant,  
 quo elapso, nec tamen causâ illâ suspicionis definitâ vel probatâ  
 Iudex recusatus Iurisdictione suâ, non obstante recusatione, uti  
 poterit, *Vultej. d. tract. lib. 2. c. 7. n. 124. Gail. libr. 1. obs. 33. num. 15.*  
 & 16.

## §. VI.

Sed quæ de Arbitris dicta sunt, quod de causa suspicio-  
 nis cognoscant, tantùm Jure Pontificio obtinere, communiter  
 receptum est, per d. c. 41. & 62. x. de appellat. & si causa in facto  
 non probetur, aut probetur, non tamen sit justa, Arbitri de ipsa  
 causa principali non cognoscent, sed illam ad Judicem recusatum  
 cognoscendam transmittent, haud secus atque fit in appellationi-  
 bus, quibus recusationes in quibusdam comparari, superius de-  
 claratum fuit, quod, si causa suspicionis probetur, non tamen cau-  
 sæ principalis cognitio ad Arbitros pertinebit, ut opinatur *(a-*  
*strens. in d. l. 16. C. de Iudic. n. 8.* sed devolvenda vel ad Judicem re-  
 cusati Superiorem, vel in locum ejus alius dandus, uti patet *ex al-*  
*leg. c. 61. in fin. x. de appell.* Aliter Jure civili cautum reperitur, cum  
 enim hoc Jure nulla expressio causæ requiratur, uti supra relatum,  
 nec



nec cognitione super illa opus foret, sed statim ad merita causæ principalis procedent Arbitri, *d. 1. fin. C. de Iudic.* In hac tamen utriusque Juris diversitate potius spectandum esse monet *Gail. d. obs. 33. n. 15.* quid Consuetudine sit receptum; Generali verò Germaniæ consuetudine receptum, ut Arbitri de causa suspicionis, non principali cognoscant, *Mynsing. d. obs. 63. n. 5.* At exiguum usum hujus distinctionis hodiernis moribus esse, testatur *Julius Clar. q. 43. n. 4. in fin.* ideò, quod nusquam non Superiores super tali exceptione cognoscant, & causam aut avocent, aut alium Judicem adjungant, *Hillig. ad Donell. c. 25. lit. N. Brunnem. Process. Civil. c. 2. n. 18.* Et licet regulariter discussio causarum ad Arbitros pertineat, tamen etiam appellationi locus fieri potest, si vel proposita recusationis apud inferiorem exceptione, eam non attentam in judicando pergatur, *Coler. de Process. executiv. p. 4. c. 1. n. 52.* vel cum suspicio ex iniqua sententia arguitur, ita ut tam ipsa quam Judex impugnetur, illa ob iniquitatem, hic ob suspensionem, *arg. l. 1. §. Interdum. ff. à quibus. appell. non lic.* & de hac appellationis admissione tantò minus dubitandum esse putat *Mav. p. 2. decis. 137. n. 8.* postquam hodiè ob ambages, quas Arbitrorum datio, & coram iis processus postulat, breviter via appellationis in causis recusationum, ex consuetudine recepta sit, & ita judicatum *alleg. loc. refert.*

### §. VII.

Non tamen statim atque objicitur suspicionis exceptio, continuò Judicem recusatum esse, existimandum est, sed excipientis partes erunt, ut copulativè, & de suspitione & suspensionem probet, ad quam probandam terminum Arbitri electi assignant, intra quem, si de suspitione non statuunt, recusatus in causa procedit *c. 39. x. de Offic. & Potest. Jud. deleg.* Modum probationis Juris Civilis retulimus supra de expressione causæ, quem nudo Juramento Calumniæ expediri posse, plerique notarunt, *vid. Pacan. de Probat. lib. 2. c. 45. n. 70.* cum enim eo Jure causa non sit inferenda, facili illatione sequetur, quod nec probanda, nemo enim id probare cogendus, quod allegare ipsi liberum, *Anfrer. d. tract. n. 7. à quo diversum Jure Canonico statuitur in sepè allegat. c. 61.*



gas. c. 61. x. de appell. quo non nisi de causa suspicionis cognoscitur inter Arbitros, quæ sine probatione fieri haud poterit. Inter varia autem probationum genera, quæ apud Interpretes *ut. ff. de Probat. & Prasumpt.* habentur, add. *Struv. Syntag. Jur. Civil. exerc. 39. n. 3. 4. & seqq.* per ea, quæ Testibus aut Juramento fiunt, suspicionem probari posse, notat *Vultej. d. tract. libr. 2. c. 7. n. 248.* cui *Rönig in Process. c. 24.* contrariatur, & solo Juramento fieri asserit, nisi per suspicionis causam multum gravaverit Judicem, & sine scandalo exprimi non possit; tunc enim legitimis probationibus opus esse. Sed nihil movet quin *Dno. Nicol. Process. c. 22. n. 4. & Carpzov. Process. tit. 3. artic. 4. n. 92. & 93.* ad stipulemur, legitimas hinc requiri probationes, his verò deficientibus Juramento locum esse, & hanc communem esse testatur *Mascard. de Probat. conclus. 954 n. 39. & seqq. vol. 2.* quod Juramentum ut super suspicione Judicis operetur & probet, nõ ex se ipso ferendum, sed Judice requirente & mandante, deferatur *Mascard. d. tract. & vol. concl. 954. n. 39. Ruin. Consil. 6. n. 6. & seqq.* Notoriè si vera sit, opponenda quidem, non tamen probanda, licet enim notoria ab onere probandi relevent, non tamen allegandi *Pac. d. tract. libr. 2. c. 45. n. 52.*

### §. VIII.

Porrò, licet ab Arbitris, partium consensu receptis, regulariter non appelletur, *l. 1. C. de recept. arbitr. l. 27. §. 2. l. 32. §. 14. ff. cod. Scotan. disp. 21. thes. 10. Zac. ad h. t. ff. n. 30.* ab iis tamen, qui de recusationis causa cognoscunt, quando quidem ex Juris præstituto, adeoque necessitate quadam eliguntur, unde & Juris Arbitri (quorum tres casus in universo Jure reperiri, quibus Arbitri Juris eliguntur. *ad d. l. final. C. de Judic. refert Gothofred.*) cognominantur, si justis tramitem arbitrio suo egressi fuerint, provocare permittitur *Pacian. d. tract. libr. 2. c. 45. n. 30. Guazin. de Def. reor. def. 1. c. 21. n. 107. Joh. Ferrar. Præexercitam. libr. 1. c. 10. add. Ruland. Exempl. Cameral. ad d. process. Ferrarii accommod. ad c. 10. §. postremo.* cum allegato Præjudicio Camerali, in causa *Johann Dehns/2c.*

CAP. V.



## CAPUT V.

## De Fine &amp; Effectu Recusationis tractans,

## §. I.

Operatur exceptio hæc ritè proposita effectum appellationis, *Rutensb. Exposit. Novell. 82. n. 113.* ut illâ pendente, Judicis suspecti cognitio suspendatur, nec in causa amplius procedere liceat, *Marant. Ord. Jud. de Appell. n. 24. Mau. p. 2. Decis. 31. n. 1.* & cesset omne exercitium Jurisdictionis, *Lancellott. de Attent. p. 2. c. 6. n. 10.* idque ipso Jure, ita, ut de Jure Canonico sententiâ dispositivâ opus non sit. *Paurmeist. de Jurisd. libr. 1. c. ult. num. 47.* nec Judex recusatus super emanato à Superiore Decreto appellare potest, *Caravit. rit. 265.* nec petere, ut articulus iste committatur Consilio Sapientum. *Cavale. de Braeb. reg. p. 3. n. 332.* Utrum autem gesta post recusationem à Judice recusato sint ipso Jure nulla, an verò per interpositam appellationem annullanda? non satis inter Dd. convenit; Prius probant *Marant. alleg. loc. n. 24. Wurmser. lib. 1. obs. 6. n. 2. Gail. 1. obs. 59.* ita, ut nec executionem mereatur *Caroe. de Remed. contra executionem except. 31. cum allegat.* & hanc communem esse, testatur *Vant. d. Nullit. ex defect. Jurisd. n. 140.* quod multis displicet, eo quod ab iis, quæ post recusationem geruntur, appellare necesse sit, & hos refert *Alexand. Conf. 67. Roman. Conf. 220. column. 3.* Distinctione rem expedire velle, videtur *Tusch. Pract. conclus. tom. 7. conclus. 913. n. 18.* dum ait, non quidem requiri appellationem ad effectum suspensivum, sed devolutivum. Potius tamen est, ut recipiatur sententia *Pac. distinguentis*, inter Jus Civile & Canonicum, ut illo Jure recusatio operetur, absque aliqua allegatione, & Processus sit ipso Jure nullus, at secus hoc, in quo præter allegationem requiritur probatio suspicionis, *libr. 2. c. 45. n. 5.* quam & tanquam communem probat *Cacheran. decis. 84. n. 5.* quamvis quod attinet ad Jus Canonicum, quidam intelligant procedere, donec electi fuerint Arbitri, ad cognoscendum de causa suspicionis, tum Processus super causa principali esset nullus, quia cognitio esset translata in Arbitros, *Bachov. ad Tremil. vol. 1. disp. 12. thes. 12. lit. B. & C.*



## §. II.

Tutissimum fore putat *Umm. disp. ad Process. 12. thes. 12. n. 64.* Si Judex recusationis causam forsan admittere nolit (quam tamen, nisi manifestè sit frivola, & ex mendaciis conflata admittere debet,) ut recusans à rejectâ recusatione appellet, *add. Wesenbec. Comment. ad C. in d. l. 16. C. de Judic. n. 30.* & posse appellari ob suspicionem ad superiorem etiam omisso medio Judice. *Ruland. exempl. Cameralibus. ad Process. Ferrarii.* & ita pronunciatum esse in causa **Matthias Spielmann/** contra **Bürgermeister und Rath der Stadt Cölln** refert, eamque in Scriptis schedula ad acta oblatâ fieri debere, testatur *Lancell. de Attentat. p. 2. c. 6. n. 75.* ubi sex requisita ad hunc effectum producendum, notat, quæ nullitas procedit, licet recusans appellationem non fuerit prosecutus, *Burs. consil. 21. n. 36. Honor. in Decretal. libr. 2. tit. de Appellat. n. 89.* & non tantum Judicem ipsum, sed & Conjudices in causa procedere impedit, nisi Jurisdictio esset data in solidum. *Stephan. Bertrand. consil. 122. n. 4.* tunc enim cæteris accrescere totam Jurisdictionem tradit *Mar. Giurb. Consil. 9. n. 8.*

## §. III.

Quod si Judex recusationem, tanquam ex causa notoriè falsa & frustratoria rejecerit, quod liberum ipsi est. *Mev. p. 2. decis. 31. n. 3. Caravit. rit. 285. n. 21.* procedendo non attentare notat *Lancellott. de Attent. d. p. 2. c. 6. n. 31. Mev. d. loc. p. 2. decis. 31. n. 7.* nec si recusans expressè (de quo non videtur dubium) aut tacitè recusationi propositæ renunciasset, coram Judice comparendo & litigando, *Alexand. Consil. 183. n. 5.* nisi comparens protestatus fuerit, de non consentiendo, tunc enim reservat Jus docendi de suspicione, *d. Bursat. consil. 21. n. 30.* quia ea protestatio vim appellationis habet, *Mev. p. 2. decis. 53.* & Jus protestantis Integrum conservat *Menoch. Consil. 38 n. 3. Gratian. Discept. Forens. 980. n. 3.* aut recusetur is, qui recusare nequit, *Ruin. Consil. 30. n. 11.* nam his casibus citra attentatorum vitium procedi validè posse *Lancellot. d. tract. p. 2. c. 7. n. 42. Cardinal. Tusch. tom. 7. conclus. 913. n. 37. Roman. Consil. 230. n. 7.*



39  
CAPUT VI.  
De Affinibus Remediis.

§. I.

**M**agnam affinitatem cum hâc Judicis suspecti exceptione habere videtur *Juramentum Perhorrescentia*, quod vocabulum, licet latinis hoc sensu barbarum sit, non tamen in totum Juribus incognitum, reperitur enim apud *Bonifac. in c. 11. §. Cum verò de rescriptis in 6. & Const. A. in l. unic. C. quando Imperat. inter pupill. vel vid.* Ubi prætereundum non est, quod Veteres hoc Juramentum unâ voce *ejectionem* dixerint. *Cujac. lib. 9. obs. 23. &* non tantum apud antiquiores, verum etiam in sequentis temporis Romanos Judices ejectionatos fuisse, ex *Historiâ Romanâ* erudimur. Nec minus hodiernum in Judiciis Germaniæ, tam Provincialibus, quàm Summis Tribunalibus frequentem ejusdem usum esse, satis patet ex iis, quæ à *Mynsinger. Centur. 3. obs. 58. Blum. Process. Cameral. tit. 37. n. 19. & 20. & Feltm. d. tract. cap. 13. per totum*, traduntur. Utrum autem Pauli Apostoli, in *Actis Apostol. c. 25. v. 11. 12. 21. & 26.* contenta declinatio Tribunalis Festi & provocatio ad Cæsarem, fuerit appellatio an ejectionatio Judicis, de hoc *vid. Scacc. de Appellat. q. 16. limit. 1. n. 6. Petr. Gregor. Tholos. de appellat. libr. 1. c. 2. n. 4. Feltm. d. tr. c. 12. per tot.* Inter varias hinc inde ab Interpp. allatas definitiones, addere libet illam, quam *Feltm. d. tract. c. 2. n. 5.* tradit, quod *fit actus Jurisdictionis contentiosa, quo quis cum obstinatione divini nominis aut numinis, religiosè enunciat, se non calumniâ causâ, sed ex desperatione Justitiæ non obtinendæ, planè rejicere Judicem competentem, quem suspectum esse, vel probare nequit, vel ejus rei causam allegare non audeat.* *add. Blum. Process. Cameral. tit. 37. n. 19. & 20.* & qui hoc utitur Juramento, omne suum fundamentum statuit in horrore, neque ideò statim Judicem suspectum dicit, cum ob adversarii potentiâ, quam & ipse Judex formidare debeat, Judicem aversari fortè compellatur *d. c. 11. §. cum verò de rescriptis in 6.* aliter atque in recusatione Judicis suspecti, non enim ea, quæ de expressione & probatione causæ superius dicta ad Juramentum hoc trahenda sunt, cum superfluum foret eum jurare, qui suspicionis causas probasset.

§. II. Va-





## §. II.

Vanum autem ejusmodi Juramentum non esse idèd, quod præstetur de re, quæ ab alterius animo pendet *Richt. i. decis. 8. n. 4.* Siquidem perhorrescens non de veritate sibi cognita, sed de opinione quam de alio habet, jurat, ejusque Sacramentum non est veritatis, sed credulitatis, quia est species Juramenti calumniæ, *Guilh. Dur. specul. libr. 2. part. 2. rubr. de Juramento calumnia. n. 12. Perez. ad Cod. tit. de Jurejurand. propter calumn. n. 14.* neque alio remedio consultum fuisset, *Horror namque aliud nil est, quam timor seu passio quadam in animis nostris de persona, aliqua justis ex causis generata, qua nos dubitare facit, de illius fide, qui quidem, cum directo probari non possit, quia in animo consistit, per Juramentum probatur. Seraphin. de Seraph. de privileg. Juram. privil. 7. n. 2. & seqq.* Non recusatione Judicis suspecti, uti ex deductione apparet. Nec appellatione, quæ non nisi gravato competit, & melius foret per ejectionem in tempore prævenire, quam post vulneratam causam remedium appellationis querere, *l. fin. C. quibus caus. restit. in integr. necess. non est. Felim. d. tract. 6. 4. n. 39.* & licet pro Judice præsumatur, quod non aliter sit judicaturus, quam legibus, constitutionibus aut moribus proditum est, *princip. Instit. de offic. Judic. Mev. p. 2. decis. 154. n. 7. & seqq.* nihilominus illa præsumtio veritati cedere debet, quam perhorrescens suo Juramento testatur *l. 8. §. 2. ff. de Jurejurand.*

## §. III.

Ejeratio hæc, cum recusatione Judicis suspecti ratione personæ Judicis in hoc convenit, quod omnes ii ejerari possint, qui & recusari, quos ordine superius exposuimus. Supplicatio autem non Judici qui ejeratur, sed Superiori, ad quem aliàs appellaretur, exhibenda, *Jacob. Putens decis. 297. princip.* cui non adverfatur, quod recusatio Judici recusato exhibenda sit, cum magna disparitas sit, *quam vid. apud Felim. d. loc. c. 3. & passim.* Curabit tamen Judex superior, ne causa horroris sit vana & frivola, *Monalda Consil. 38. n. 2.* nec probationem contrariam hæc in re admittendam censemus, *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 954. n. 3.* eo quod horror sit in animo, adeoque contrarium ostendi non possit, *add.*



lit, add. Grav. ad Gail. n. 4. Borell. tom. 1. decis. 56. n. 45. & ne indistinctè liceat hoc remedio uti, Judex superior egerare volentem, meritò repellat, si is litem coram inferiore fuerit contestatus Mascard. de Probat. vol. 2. conclus. 954. n. 34. Specul. libr. 1. partic. 1. §. 3. n. 2. Semper enim in initio proponenda suspicio, Ferrar. lib. 1. c. 10. §. 6. cum per litem contestationem inferior Judex approbatus censetur. c. final. de litem contest. in 6. nisi postea nova horroris causa supervenisset, Mau. p. 2. d. 337. n. 3. unde evidenter apparet, etiam post conclusionem in causa id fieri posse, Scacc. de Judic. lib. 1. c. 101. n. 10. Aug. Barbof. ad d. l. apertissimi. n. 4. imò post citationem ad audiendam sententiam, Borell. tom. 1. decis. 56. n. 46.

## §. IV.

Effectum ut sortiatur hoc Juramentum ei à Judice Superiore injunctum esse oportet Mascard. d. loc. n. 39. quem eundem cum Recusatione ob suspensionem habet. d. c. 11. §. cum verò de rescript. in 6. Unde posteaquam illud ab egerante interpositum, si Judex inferior ad ulteriora progrediatur, ea nulla sunt, Zanger. ad rubr. x. d. appell. & in vitium attentatorum cadunt, Robert. Lancellott. de attent. p. 2. c. 6. princip. ne tamen inferior Judex vel adversarius ignorantiam provocationis prætendant, tutissimum fore notat Feltn. d. tract. c. 28. n. 5. testato id utrique denunciare, Ubi verò apertè constet, Ordinarium Judicem esse partialem, hoc Juramento opus non est, Tennag. class. 3. c. 13. in fin. Blum Process. Cameral. tit. 37. n. 20. nec cum Judex patiatur jurare, qui semel pejavit, etiam si gravissimum horrorem causetur. Grav. ad Gail. d. Confid. 1. n. 7. Matth. Stephan. de Offic. Judic. libr. 1. c. 6. n. 32. Myns. centur. 3. obs. 58. formulam Supplicationis hujus Juramenti, vid. apud d. Feltn. c. 23. n. 3.

## §. V.

Multa etiam cum appellatione communia habet recusatio, inprimis ratiōe Judicis à quo, ut in hisce recusatio validè fieri non possit, à quibus appellare non liceat, & sic firmissimè concludi posse, notat Boër. decis. 269. n. 3. eundem quoque effectum suspensivum Jurisdictionis sortiuntur, uti enim appellatione pendente nihil innovandum, ita nec facta recusatione. Mau. p. 2. decis. 31.



*cis. 31. n. 2. Paul. de Castro. ad d. l. apertissimi. C. de Indic. n. 4. Id. vol. 2.*  
*Conf. 121. n. 2. Dec. ad d. c. cum speciali. x. de appellat. n. 29.* In qui-  
 busdam etiam separata sunt, uti refert *Franc. in c. 12. x. de appellat.*  
 ab executore enim appellari nequit *Ruginell. de appellat. c. 2. n. 59.*  
*Corn. Conf. 71. col. 4. libr. 1.* non enim ille gravat, sed gravamen illi  
 attribuitur qui iudicavit, *Burr. Consil. 74. col. 2. in fin. Gravott. Con-*  
*sil. 273. column. 4. in princip.* At secus in recusatione, *Scacc. de*  
*Appellat. q. 16. limit. 1. n. 90.* notanda tamen hæc sunt de mixto  
 non mero executore, cum hic nullum præjudicium inferre possit  
*Gvaz. in. de defens. reor. def. x. c. 21. n. 82.* Sed si quid tale fiat in ap-  
 pellatione, proprietatis non erit, sed potius quidam recursus,  
 cum fiat à non Iudice, *Card. Consil. 63. [vers. in hoc prasupposito.*  
*Ruginell. de appellat. d. c. 2. n. 59.* Nec minus manifesta inde resul-  
 tat differentia, quod à Iudice non appelletur, nisi gravatus sit ap-  
 pellans, *Osasc. decis. 61. n. 3. Gregor. Tholos. de Appell. lib. 5. c. 1. n. 1.*  
 cum appellatio detur propter gravamen *c. 59. x. de appell. & ces-*  
 sante causa, cesset quoque effectus *c. sequente 60. de appellat.* secus  
 in Recusatione, quia Iudex recusatur, etiamsi non gravaverit,  
*Scacc. d. Traët. q. 16. lim. 1. n. 90.* modò iusta suspicionis causa adsit,  
 uti suprâ latiùs deduximus. Ultimo loco notandum, quod ne-  
 mo prohibeatur à Iudice, cuius Jurisdictionem consensu proro-  
 gavit, vel communiter elegit, appellare *Ruginell. d. appellat. c. 2.*  
*n. 66. Guid. Papp. de Appell. q. 10.* non autem recusationis exce-  
 ptione rejicere, *Calder. Conf. 212. in fin. Tusch. Pract. conclus. 907.*  
*n. 17.* nisi nova suspicionis causa supervenisset *Mascard. de prob.*  
*conclus. 953. n. 42.* Et hæc sunt, quæ pro ratione Instituti suffi-  
 ciant, plura desiderantem de hæc materiâ, ad Authores supra  
 citatos remittimus. Hic terminus  
 esto tributa

S. D. G.

CO.





COROLLARIA.

I.

*Quia propter defectum Jurisdictionis, causa Matrimoniales Statuum immediatè Imperio subjectorum, Augustana & Reformatæ Religionis, nec Imperator, nec Camera Imperialis cognoscere possint, Eorum verior creditur sententia, qui coram electis Arbitris, vel propriis Consiliariis, Consistorium quod vocat, (remisso prius ipsis solenniter omni fidelitatis Iuramento) eas disceptari debere, statuunt.*

II.

*Prima Instantia privilegium Austregarum, non solum Camera, verum & Aula Casarea Jurisdictionem restringit.*

III.

*Si maritus per decennium absuerit, reversus, anniculum invenerit in domo sua, an hic mariti filius sit? Non frustra dubitabatur.*

IV.

*Ius positivum etiam in Conscientia obligat.*

V.

*Non sine justa causa subditis venatio ferarum adempta.*

VI.

*Statuta Collegiorum Mechanicorum, ubi quod unus cœpit, alteri perficere non liceat, was einer angefangen/*  
Der



der ander nicht außmachen dörffe / non probamus,  
ati & aperte in l. unic. C. d. Monopol. reprobantur.

VII.

*Actio Injuriarum retorsione tollitur.*

VIII.

*Orationis Dominicae recitatione, aut S. Synaxeos usu, illata  
injuria remissa non censetur.*

IX.

*Actio vi reiecta, ob damnum illatum ex L. Aquil ad id. quan-  
ti interest competit.*

X.

*Vtrum damnatio ad perpetuos carceres meri Imperii sit de  
Iur. Civil. inutiliter quaritur. De Iure vero Canon.  
& moribus quin eo pertineat, non dubitandum esse  
censeo.*

XI.

*Qui ex pectari vā in Feudo habet, eo ipso non est investitus,  
sed tantum promissionem de investiendo habet.*

XII.


*Ex pectari vā concessā, si ante conditionem existentem Domi-  
nus moriatur, utrum haeredes promissoris promissioni  
stare teneantur. Disting.*

F I N I S.











*Handwritten signature*

ULB Halle 3  
003 932 508  










*Præ. 8. num. 24. #*

DISPUTATIO INAUGURALIS

*De*

*1645, 1*

*3*

RECUSATIONE  
JUDICIS SUSPECTI.

*Quam*

DIVINA FAVENTE GRATIA

EX DECRETO

*Magnifici & Amplissimi*

DOCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS UNIVERSITATE  
GIESSENSI

*Pro*

Summis in Utroque Jure Honoribus & Privilegiis  
DOCTORALIBUS ritè consequendis

*Solemni Examine submittit*

JOHANN-JONAS MYLIUS  
Battenb. Hassus.

Ad D. 11. Febr. A. M. DC. LXXV.



GISSÆ HASSORUM,  
Literis FRIDERICI KARGERI, Academ. Typogr. Ordin.

